



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. VI. De constitutione census pro Regno Siciliæ in forma Bullæ Nicolai
V. & Greg. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](#)

270. Lib. IX. De Contract. Tr. II. de Censibus.

deris, quæque non sit destructiva contractus, ut si contractus non celebretur coram testibus, & Notario, aut non per scripturam publicam, aut non per pecuniam numeratam, de qua numeratione dixi, quoad forum conscientie in conditione quarta, num. 7. non statim eum jugicandum esse invalidum, & illigitum, sed potius validum, licetumque etiam in foro externo. Ratio est, quia semper est presumendum pro actu, ut potius valeat, quam pereat, & quod licitus fuerit, quam illicitus, si solùm omittantur conditiones, quæ cùm sint leves, non sunt de solemnitate necessaria, nec inducunt formam substantiale contractus.

28. Id certè multò verius est, si addatur in instrumento contractus hoc, vel similis clausula: *Contra hunc justa formam Bullæ, vel servatis conditionibus Pontificis, nec aliter, nec alio modo.*

Tunc enim, si quid in tali contractu appositum inventiar, quod Bullæ adverteretur, haberi debet pro non adjecto, atque huius doctrinæ faverit illud Iuris, l. cùm precario, ff. de precariis: *Vitiosæ debent haberi pro non appositiis.*

29. Idem denique verum erit, si contrahens sic Rutilus, vel mulier, nam de his non presumendum est, velle celebrare contractum illicitum, & usuratum, ut norat Covaruvias lib. 3. variarum cap. 8. numero 3. Tiraquell, de retract. convent. in Prefat. numero 34. & 35. aliisque.

30. Secundò, notare operæ pretium est, has conditiones Pontificias extendi solùm ad contractus censuales, qui sunt per modum emptionis, & venditionis, id est, quibus addito pretio, emitur census; de his enim agit Pontifex, non ergo ad eos, qui sunt per contractum donationis, aut dotis constitutæ, vel per viam legati, seu ultima voluntatis, &c. Ita ex Navaro, Lessius, lib. 2. cap. 22. num. 96. in his enim satis est servare ea, quæ sunt necessaria de jure naturæ.

31. Tertiò, nota esse probabilem opinionem illorum, qui affirmant eas solas conditions ex prædictis requiri pro foro conscientie, ad validum, licetumque contractum census, quæ de jure naturæ esse *suprà* diximus, ex Lessio, *suprà*, cap. 4. num. 1. cæteras esse pro foro externo. Lega Bonac. de contract. dist. 3. q. 4. punt. vñr. n. 45. vide etiam, quæ dicam infra, cap. 6. §. 2. n. 4. aliisque ab ipso Bonacina citatos.

G R E G O R I V S X I I I .

32. Hic anno 1574. apud Bullarium ad petitionem Regis [Philippi Secundi] approbavit Bullam Nicolai V. pro Regno Siciliae ultra Pharam, deditque facultatem, ut in Sicilia conficerentur census juxta Bullam Nicolai V. non obstante Bulla Pii V. addidit tamen quædam conditions, quæ nos *inferi* paulò post expendimus. Interim videatur Summa Corona 2. part. de cens. num. 16.

C L E M E N T S V I I I .

33. Denique Clemens VI^{II}. anno 1592. edidit Constitutionem, qua incipit: *Quæ ad sublevationem.* Vbi præcipit, ne in statu Ecclesiastico in posterum crecentur census, nisi ad summum ad rationem septendamus. Interim videatur Summa Corona 2. part. de cens. num. 16.

C A P V T VI.

De Constitutione Census pro Regno Siciliae in forma Bullæ Nicolai V. & Gregorij XIIIC.

§. I. Proponitur Bulla Nicolai V.

1. **B**ullam Nicolai V. pro utraque Sicilia ultra, & citra Pharam habes in Bullatio, cædemque re-

fert Collerius de Contract. Censuali, initio Summa Cens. t. i. initio Petrus de Gregorio de Cen^t Lopus comm. de vñr. §. 2. n. 85. qui ultimus dum addidit, haec Bulla esse valde periculosam, & præbere materiali vñt facēd labitur, cùm Nicolaus V. ibidem sub indegrat. Dei præcipiat, ne quis audeat contradicere, quæ dicta Bulla definit, & concedit. Nec minus st. gustinus Montalcinus in *Lucerna animæ*, cap. 1. num. 21. dum ait, id esse permisum à Nicolao, minus malum, ad majora male vitanda; fornicationem, cœcumque in tenebris, quamvis honestam animæ sibi præferre prosteatur; non enim id Profectus permittit, ut minus malum, sed concedit, quæque, licet posse constituи cum conditionibus assignatis.

2. Iam verò Bulla haec, quam prater dictis factores exscribit Rex Alfonius Primus in *ad censibus inter Pragmaticas hujus Regni*, et hanc

Nicolaus Episcopus Servus Servitorum Dei, *Gloria tuto Pastoralis*. Et infra: *Regis Praefati* (id est) *Supplicationibus inclinatis* tam eidem Regi, quam belli di Regnum Sicilia citra, & ultra Pharam, omnes singulis, præceptibus & futuris, huiusmodi censualibus rebus, & proprietaib[us] suis, ac facultatibus & omnibus eorundem, instrumento gratis pro consiliis praediti redimendi mediante, dummodo annulis census huiusmodi censualium decimam partem principalis recipi, nonne excedat, inter se comprehendit, nonne cum opportuna contrahentium securitate, paucitate, & nützlichkeit, cum potestate vendentes personæ, tenore priuatis, redditus, iura, iurisditiones, censu, & singula mobilia, & immobilia bona oblatas, & omnes faciendo, ac etiam quæcumque alias obligaciones, & missiones cuicunque foro, necnon remunerationes, pensiones, stipulations, p[ro]p[ri]etates, iuramenta, & alii certi vallatas, & alia, quæcumque, de quibus intervenient, vendentes huiusmodi censualia, conveniunt, & ipsos deducunt fuerit, plena licentiam, & libertate Apostolica, tenore præsentium, concedimus factum: Decernentes, & declarantes, censum incau[m]bitatores censualia huiusmodi, modo præmisso, in Imperio Sicilia citra, & ultra Pharam, inter se libere ad contrahere, ac vendere, & emere posse, nequa propter usuriam prævratatem committere, dommedicta, quæ ut præmititur, quodlibet annum censuale decimam partem principalis recipi, seu pretiis venditionis nonne excedat, & pensionibus, seu annualibus tamen censu foris non computatis, pro tali redempcione, præcipalem summan nibil ultra percipiant ab empori, & exhibeatur a venditore. Non obstatibus, & causis, sed ergo licet, hanc paginam nostræ concessionis infra, vel ei ansus temerario contrarie. Si quis autem hoc antea presumpserit, indignationem Omnipotenter Dei, Beatorum Petri, & Pauli se noverit, incurrat, Roma anno 1452, pridie Kalendas Octobris, Pontificis nostri anno VI.

3. Hactenus Bulla, in qua vides, teneat postea, & ciuitate Lopus, & Summa Corona ille, conditiones ea requisitas ad quatuor revocari.

Prima est, ut census possit constitui, aut facultatem super re certa, aut generaliter super omnibus bonis addita etiam obligatione omnium bonorum bonorum & immobilium, & etiam personæ, quæ vendit.

4. Secunda, ut possit eodem pretio redimendi, id est, tinguiri.

5. Tertia, ut annua census pensio non excedat decimam partem pretii, id est, ut census non confidetur plus, quam ad rationem unius pro decem, seu quod idem est, ad rationem decem pro centum.

6. Quarta, ut ad maiorem securitatem census possint pœnas, & pacta apponi (unique, ut semper impo-

Caput VI. §. II. & III.

271

ponitur, nec iusta, nec contra substantiam contractus.)
juxta arbitrium contrahentium; ut admirer summam Coronam, quæ postquam exscriptis dictam Bullam, vbi clare adeat illud (pennis, & aliis, & ceter.) ait, esse contra hanc Bullam, apponi pactum penale, ut bona incident, in commissum. Melius dixisset, ut nos superius diximus, cap. 4, §. 4, & iterum dicemus inferius, hoc eodem capite. 6.
§. 8, n. 7, non esse, ex se iniustum, nam secus non confessum. Pontifex, sed ex avaritia emporis posse facilè esse iniustum, quando pena non est moderata, vel tantum onus non aliunde compensetur.

§. II. Proponitur Bulla Gregorii XIII I.

Gregorius autem XIII I. dum approbat prædicationem Nicolai Bullam, vult, ut sequentes conditiones obseruantur. Prima, ut tollantur abusus contra Bullam Nicolai V. forte introduci.

2. Secunda, ut possit census redimi.

3. Tertia, ut in creatione census fiat mentio unius, aut pluriū rerum certarum, & nominatuarum; addi tamen possit generalis obligatio omnium bonorum.

Quam obligationem inducunt prædicta duas Bullæ.

4. Inquires: Prædicta intelliguntur etiam in foro conscientiae, ita, ut contractus censualis celebratus in utraque Sicilia sine his conditionibus non solum sit iuritus in foro externo, sed etiam sit iuritus in foro interno?

Respondeo: Ita multi putant cum Bonacina de contractu disp. 3, quaest. 4, p. unic. num. 43, loquente de conditionibus Bullæ Pii V. nam certè idem si diceret de conditionibus nostris à Nicolao requisitis. Hi enim tenent, omnionem solemnitatis, saltem non levius (nam de leibus diximus sup. a. cap. 5, num. 27,) reddere nullum contractum, etiam in se, vnde etiam in conscientia. Aliqui tamen probabiliter (ut id esse probabile idem Bonac. ibidem fateatur) affirman, non esse iuritum in foro conscientiae (nisi expressè iuritum redditum à lege fuerit ut in causa dicendo infra, §. 5,) in quo foro illæ solum conditions requiriuntur, quas iure, natura, seu ex natura contractus requiri dictum est in superioribus, praesentim cap. 4, initio, quamvis in foro externo præsumatur ut usurarius contractus ex defectu cuiuslibet conditionis ex prædictis, saltem non levius momenti. Immo Melius, Salomon, Navarr. Salas apud Bonacin. loc. cit. aliquique existimat, contractum non habendum esse usurarium, & nullum in quoconque foro ante sententiam Iudicis, modò celebratus fuerit, servatis conditionibus requisitis ex natura contractus, & consequenter posse ab emporio perseverati in contractu jam celebrato, absque onere computandi in formam pensiones acceptas, nisi à Iudice condemnatur. Post quam condemnationem statim sanè sententia condemnatus debet; quia justa sententia semper est parendum.

5. Iam vero singulas conditions Nicolai, & Gregorii percurramus, memineris tamen, etiam apud nos Siculos locum habere ea, quæ supra de censu in genero tractata sunt, & pertinent ad ipsam naturam contractus censualis.

§. III. Prima conditio Census in Sicilia super Rebus, vel Rebus.

Prima conditio Nicolai est, ut census constitutas super re certa, utriusque immobili, & fructiferia, vel generaliter super omnibus bonis. Notas: Nicolaus V. dicit (vel) ac Gregorius id restringit, & vult enim ut semper constitutatur super una re, vel pluribus certis & nominatis (utriusque, ut dictum est, immobiliis & fructiferis) addita tamen generali omnium bonorum obligatione. Et certè in Regno nostro consuls passim creantur hodie juxta hanc Gregorii conditio-

nem, in qua sola videatur differre constitutio Gregorii ab illa Nicolai. Sed jam prima, hanc conditionem quinque questionibus illustramus.

Quid intelligatur nomine rei immobilis?

2. Queres autem primò. Quid intelligatur nomine rei immobilis?

Respondeo: Prædia, Domus, & alia hujusmodi ex natura sua perpetua, immò ipse censu habent pro re immobilis. Vnde licet per unum censum constitutere alium, etiam æqualem, ut docet Molina, d. 289, class. 1, Navarr. in comment. de usur. n. 87, alisque, si sicuti de facto constituitur census super alios census, iura, & redditus Principio, & Civitatum, ut etiam super gabellas, officia perpetua, &c.

3. Adverte tamen, censum, super, quem aliis census imponitur, debere ex se, esse irredimibilem, aliter posterior census, priore pereunte, perire; nam propriea (saltem ad hunc effectum) inter mobilis reputatur redditus non perpetuus ex Glossa, in Extravag. ad condit. v. Mobilibus, Bald. in l. He adili. §. 15. Illud, C. de fec. nupt. Tiruell. de reuolutu, p. 1. §. 4, num. 119, alisque. Putat nihilominus Lessius, l. o. 22, d. 12, n. 77, posse collocari censum super censum redimibilem, quando, qui in primo casu censum secundum fundavit, est paratus (addo, & legimè se obligaret) pereunte primo censu, in alia re fundare secundum.

An satis sit, super omnibus bonis? Vbi de infectione bonorum illius, qui possidet rem subiectam Censui.

4. Quæres secundò, an Siculis licet nunc, fundare censum generatum in omnibus bonis, nullum certum exprimendo? Siculis, dico; nam scio, seclusa lege, licetum esse, ut vult Farinac. l. 1. de ois. 10. n. 1. Tol. 5. c. 45, n. 3, patetque ex Bulla Nicolai V. in qua id conceditur, ut vidimus, quod certè non concessisset, si id ex natura sua esset illicitum. Sed, quia Gregorius XIII ut modò vidisti, id prohibuit Siculis, id est de ipsis hæc quæstio procedit.

5. Respondeo: Quamvis ante Bullam Gregor. XIII L fuerit id Siculis licitum, tamen post illam non licet, pro foro externo. Patet ex voluntate expressa Gregorii, ut Notavi dicto n. 3. Sicuti etiam, nec licet, ubi est recepta Bulla V. Bulla, ut patet ex secunda conditione ejusdem Bullæ allata c. 5. Dixi (pro foro externo.) Nam pro interno, dixi C. eadem, §. 1. n. 4.

Illud autem emolumenitum est, quando ponitur census in vna re certa & simul in aliis venditoris bonis, ut quamvis pereat res nominata, non tamen pereat census, quia jam pensio debetur super cæteris venditoris bonis.

6. Notandum inluper esse, latum disertum inter obligacionem, qua in censu sit super re certa & illam, quæ sit super omnibus bonis in confuso: quod sic breviter declarat De Lugo, d. 22. de Inst. num. 33, & 34. Cum dictum sit, rem hypothecam subiectam deferre secum semper omnis illud, & obligacionem realem, hinc sit, ut ad quemque posse fore transferit, possit creditor debitum ex illa exigere: non potest tamen ex iure novo, etiam in hypotheca expressa, agere credites adversus tertium posse fore, nisi præcedente excusione in bonis debitoris, & fideiussorum, & eorum heredum; ut haberit in Autenti, de fideiussoribus, §. Sed negue, & paulo post. Doctrina hæc non procedit in feudo super quo census aliquis impositus est; hoc enim, si vendatur, vel alienetur, deferrit ita secum opus illud, ut non debent prius à venditore census peti redditus, sed, immediate ab ipso tertio posse fore. Neque enim illa est propriæ hypotheca, de qua agimus, sed est venditio partialis dominii vilis illius feudi, ut explicuimus agentes de censibus (ego id dixi superius, cap. 2, §. 3, n. 1.) Aliud vero esset de bonis aliis, quæ hypotheca generali obligata sunt pro securitate census, hæc enim transeat ad ter-

Z 4 tium

272 Lib.IX. De Contract. Tr.II. de Censibus.

tium possessorum, non debent illum obligare ad solvendum nisi facta prius excusione praedita, quia illa non sunt vendita, sed solum hypothecata. Hac De Lugo: sane praescindendo a pacto (quod certe apud nos apponi in eiusmodi contrahibus censualibus solet, putat: *Nespecialitas generalitatis deroget, vel contra.*

Infectio bonorum possidentis predium subiectum Censi.

7. Iam vero hic ubi agimus de obligatione omnium bonorum, opportunum erit, discutere solemnum illam praxim in Sicilia, quam, sicut emas, v.g. predium, in quo ab aliquo tertio fundatus est census pro Francisco, v.g. & suis heredibus, non solum debetas Francisco, vel heredibus pensionem ex fructibus talis predium, sed, dum illud possides, debes solvere etiam ex fructibus aliorum omnium bonorum tuorum, quae veluti incipient ex consilio possessionis illius predium subiecti censi. Id quod, an solidum habeat fundamentum, cum census realis ex natura sua solum debeatur ex fructibus rei in fundatione census obligata, dubitabant aliqui ex nostris Theologis; non enim videbant, cur dictus possessor deberet subire tantum onus infectionis praeclara.

8. Verum, hoc esse ita dispositum ab Alphonso I. Regge, qui Nicolai. Bullam impetravit, certum est ut mox ex ejus Pragmatica videbis, unde, & ex dicta auctoritate Regis, & ex consuetudine iam antiqua, stylisque nostrae Curiae tam firmo, non appetet, cur Theologus dubitare adhuc possit de justitia hujus infectionis, quae inducta a Rege merito fuit ob securitatem maiorem emporis census. Nec tamen dicas, id esse pactum nimis grave contra venditorem census, seu contra eos, qui inquam rem subjectam censi possidebunt. Ne id dicas, inquam, nam propterea Pontifex concessit, ut census possit fundari ad rationem decem pro centum, judicavit enim, pro illa sua etate sic compensari posse eiusmodi infectionis onus, quod, saltem in confuso, praevidebat apponendum à Siculis, dum onerosa paga, quae ipsi vellet, apponi posse, concessit; fortasse etiam hoc infectionis onus Pontifici à Ministris Alphonsi significatum fuit: pro nostra autem etate Dominus Rex voluit, ne fundaretur non plus quam ad rationem quinque pro centum, quia merito judicavit praeclaram tantum onus, & cetera alia sic sat, superque compensari, ut latius dicatu mox infra, §. 5. à num. 2.

Verba autem Alphonsi Regis loco supra citato, inter Pragmaticas hujus Regni haec sunt: Hac editâli lege perpetuâ valitura sanctimus, hujusmodi censualium contractus, seu instrumenta tanquam res judicatas nulla applicatione, seu provocatione suspensas, promptam, ac paratam executionem habere, & non solum contra personas, res, & bona illorum, qui originaliter censualia hujusmodi vendoriderit, necnon eorum fidejussionum, heredum, seu universalium successorum, sed etiam absque aliqua bonorum principalis debitoris discussione contra personas, & bona quorumcumque singularium detentorum, rerum, iurium, vel bonorum, sub quibus censalia ipsa fuerint specialiter onerata, quandiu apud eos illorum detentio fuerit, &c.

Remedius, quo vicietur dicta bonorum infectio.

9. Denique hic non est omittenda explicatio ejusdem artificii, quo, ne sua bona dicto modo incipientur, negotiatores aliqui diligenter videntur, quando in nostro Regno emuni aliquod immobile, de quo sciant, vel dubitant, an constitutus super illud fuerit aliis census; nam curant, ut famulus, vel ancilla, vel quicunque fidelis amicus, qui nulla bona alia habeat, emat praeium illud cum ipsius ejusdem negotiatoris pecunia; sic enim nulla bona incipientur, non negotiatores, quia exterior non appetit, hunc emissi praeium illud censi subiectum: neque bona famuli, vel amici; quia, ut dictum est, nulla bona is possidet, quae infici queant, Negotia-

tor vero liberè gaudebit illo praeio per fabriam illas personas emptio, a quibus molestiam nullam non regnare inferat, certid scit. Quærer igitur aliquis, an locum officio vii sine iniustitia, vel peccato possimus?

10. Respondeo, praesita falsitate juramentum quod pollicatum timoratus illo vii sole. Tum, quia votum tuo, dum illud emis alterius nomine, quod postea ex se non est. Addo id aliquid non esse, nihil dampnum proprium. Neque dicti potest dici; nam tempore inferri, non, inquam, id potest dici; nam tempore obligari melioris conditions facere pensiones illi censuistæ, & ex alia parte non sit pejoris conditionis census ex meo, hoc stratagemate, sed remaneat in conditione, in qua erat antea, id est, antequam ergo intermedium illam personam bonum illud invenirem quicerem.

An possit imponi Census super pluribus bonis, quae tamen non sufficiunt?

11. Quæreris tertio: Si vnam rem sufficiem, tamen in vendenda non habeam, habeam verò tres, vel quatuor simul acceptæ sufficient, possimne super hanc tenuere censum?

Respondeo, affirmativè cum Molin. d. 33. cap. 1. modò ex certæ sint, & nominentur a vendore. Non est, quia per equivalentiam, illæ res constitutæ non quid, & perinde est, ac si constitutæ super vnu faciens.

12. Ex dictis tamen sequitur, ut pereat, non inveniret (si nihil aliud addatur) pro rata, penitus, & pone quia supponimus, ceteras res non esse sufficientes, tunc perinde est, ac si præium, v.g. sufficiat, quo pensio imposta fuit, periret ex parte. Dicitur, si nihil aliud addatur, quia, quando solet addi aliquippe pignus, sive affectatio, quæ aliunde competens non est mirum, si solvatur penitus tota, ac si supponatur patet.

Si duo Census super una re imponi inventur, solveniantur?

13. Quæreris quarto: Quando super eadem re census est duplex census à duobus emporibus, quibus censu solvendus est, si fructus non sufficiunt pro censu.

Respondeo, non solvendum pro rata, sed solvendum censem, qui prius fuit impositus super illa res, quae tunc periret vocate solēt anteriorē, nam hinc maxime regula Iuris: *Qui prior est tempore, prior est iure.* Quia manifesta est, qui primus censuista jam habuit censem totum præium, quod omnes fructus, & fieri possunt, Dominus illius juris statuit, ac emit censem. Ergo in secundo nihil remanet fructuum, nihil pro secundum censem debet pensionis, in quod damnum ne fecit impinguans, sanè per summam diligentiam caverre solent accepere censum emptores.

14. Contraria res, supra quam infinitum confundatur in plures heredes, vel per partes plurimes, et neis dividatur, poteritne censuista, qui est Dominus census totam suam pensionem à qualibet parte sufficiens (ut, præcisò pacto, supponere debemus) exigere, si singulis pro rata?

Respondeo, posse totam à qualibet parte, & ita illa receptum esse, docet Lessl. l. 26. n. 11. num. 89. quicquid dictum Bonac. d. 3. de contr. q. 4. p. 2. n. 7. 8. 9. & De Lugo d. 27. de Iust. num. 6. & num. 106. Ratio est, quia illa divisione non facit Dominum census pejoris conditionis. Secundo ante divisionem poterat ex quaenam parte prædicto sufficienter pensionem suam exigere, sicut & in illa secunda censem fundare, si post illam divisionem, ex parte

sed quicunam emere census veller cum adeo frequenti periculo, ut sua pensio dividenda esset in minutissimas partes, & consequenter cum summa molestia eam exigendi?

An constitui possit Census super re Feudali, vel Emphyteutica, vel dotali, vel vincularia?

15. Quare quintum, an super his possit constitui census? Respondeo, certum est, non posse. Ratio in feudo, præter ceteras, est, quia ejus dominium directum est apud Dominum feudi; cum ergo, Feudatario delinquent, emporum liberè redire absolute debeat ad Dominum, emporum census amitteret suum censem, atque adeo damnum patetur.

16. Idem est in re emphyteutica. Nam cum ejus Dominus directus sit Proprietarius, ea non potest alienari, leg. 2. C. de lute emph. nec alteri obligari sine consensu Domini.

17. Quod dictum est de re emphyteutica, dici etiam debet de re dotali, que sine consensu vxoris obligari non potest, in aliis, ut in nostro Regno, ne cum ejus quidem consensu, constante Matrimonio.

18. Idem denique dic de re vinculo aliquo alteri obstricta, quia, cum libera debet res haec pervenire ad illam alterum, sive cum damno emptoris pensio dissolvetur. Debent igitur bona, in quibus Constituti potest census esse sub vero, & libero dominio vendentis censem, seu, ut loqui solemus, sub dominio subjugantis, que bona à iuris locis vocari solent Burgensatice. Qui feciit ergo fecerit, decipier emptorem, atque adeo peccabit, & ad restitutionem obligabitur.

An bona fides faciat, ut possit exigere pensionem ex contrario Census invalido?

19. Petes: Si empor bona fide emit censem constitutum in te aliena, vel vinculo aliquo obnoxia, idque ipse empor, vel ipsius hæres ignorat, potestne licite, & sine iniustitia exigere pensionem?

Respondeo: Dum ignorat, posse non est dubium; non, solum ex conscientia, quod ipse putat, rem non esse alienam, sed etiam, quia illa pensiones accipit sibi, ut debitas ex vi contractus censualis. At cum idem empor, vel ejus successor compererit, illam rem esse alienam, non poterit recipere pensionem, ut haber. Mol. d. 394. Nav. in comment. de Censib. n. 18. Less. l. c. 2. cap. 22. n. 19. aliquid. Ratio est, quia tunc, dum cognoscit, rem illam esse alienam, cognoscit etiam, sibi nullum esse Ius in fructus alieni, nisi nulliter ipsi à non Domino venditum. Posse tamen ab emptore cogi venditorem ad reddendum premium, & ad cetera damna restituenda, vel ad constitutendum censem super alia re propria, certum est. Quod si clara non apparet, sed sub dubitatione, qua factis diligenter, tolli non possit, rem esse alienam, pergit censuista ad suas pensiones exigendas, quia tunc ipsi faver possello.

20. Sed iterum petes, & primo quidem: Ad quid obligabitur censuista, si postquam clara cognovit, censem impositum fuisse super re aliena, inventari, apud se habere ipsam individuum pecuniariam, quam pro suis pensionibus habuit, seu exegit tempore bonæ fidei, vel inventiarit esse in illa factus locupletior? Nam, si nihil haberet, nec factus est in aliquo locupletior, quia, v.g. latius viri, ad nihil teneri ex regulis generalibus restitutions tractantibus de restitutione ex re accepta, vel modice doctus non ignorat. Secundum autem, circa id ipsum petes: Quid erit obligationis, si hanc pecuniariam individuam, vel id, in quo factus est diutor, exegit censuista bona fide ab aliquo tertio, in cuius possessione fortè res inventior, nec talis possidens particeps fuit doli vendoris censis?

21. Ad utramque petitionem respondeo, ex iisdem principiis universalibus de restitutione colligi, in vitro: que hoc casu absolutè obligari ejusmodi censuistam ad

restituendum id, quod inventur habere. Si enim ex contractu nullo illam pecuniariam habet, certè alienam rem habet, atque adeo restituendam.

22. Adeò tanum differentia inter virumque casum valde notanda, nam in priore potes tu censuista tantam pecuniariam retinere (si te per culpam decipit venditor census, vendendo tibi rem alienam) quam sufficit ad dannum tibi factum refaciendum, sive si iustum Capitale, sive damnum emergens, sive lucrum cessans, sive quocunque aliud intercedat, taxandum judicio viri experti. At in posteriori casu (quantum est ex hoc capite) non potest idem pretendere, quia nullam culpam commisit tertius: Cum enim ipse censem non fundaverit, pecuniariam nullam à te, vel à tuis majoribus per fraudem habuit, quam restituere teneatur.

23. Dixi (quantum est ex hoc capite) nam si propter onus impediti census, aliquis tertius minus à primo censu Fundator, seu venditore emisset præmium illi censu subiectum, unde ipse tertius aliquid deberet ipsi Fundatori, posses tu modo dicto deceptus, sequestrare pro te id, quod dictus tertius ei fundatori debet, juxta Regulas universales, quibus creditor potest sui debitoris credita, sibi satisficiat, præoccupare.

§. II. Secunda Conditio Census in Sicilia.

Vi redimi is possit, & quidem eodem pretio.

1. **O**lim solebat apponi pactum, ut census redimetur majori pretio, quam fuerit venditus, id Pontifex in hac clausula omnino prohibet. Quare etiam sustineri posset, illud pactum fuisse ex se licitum (quod tanum puto sustineri non posse) tamen hodie jam ex Pontificis hac prohibitione id amplius licitum non est.

2. Illud queri posset; An licet ponatur pactum à Siculis (ut certe poni non raro consuevit) ut, quando venditor valiter dimittat, seu extinguere censem, teneatur totum premium integrum solvere? & Respondeo, licet ponit. Ratio est, quia id nec prohibetur à Pontifice, nec est contra naturam contractus. Unde juxta ipsius naturam est. Ut nimis, sicut venditus est census, integro soluto pretio, ita eodem integro extinguatur, vel redimatur. Vide quae dixi c. 4. §. 6.

De Redempione Censu animo faciendo fructus suos.

3. Iam vero explicationem magis distinctam dicimus redempcionis census, hinc afferamus, quam relatio nem à verbo luere (quod ex vocabulario Iuris significat liberare), noslites appellant, per hanc enim à debitor censu liberantur, seu, ut etiam loquuntur, affrancantur bona censibus subjecta. Et certè ejusmodi debitor, qui illud Ius luendi habet, vel est ipse primus venditor census, vel ejus hæres, vel quicunque, tertius, ad quem si pervenientur prædicta bona, sive ejus interest affrancatio.

4. Respondeo, hoc dictum, Debitor potest redimere Censem, duplum habere significationem potest. Primum, hanc: Debitor quicunque, dando integrum premium, id est, Capitale, & solutis pensionibus decursis, potest liberare suum præmium, censumque extinguere. Secundum, hanc: Debitor, qui solerit esse tertius, qui bona prædicta possidat, dando dictum integrum premium, solutisque decursis pensionibus, potest sibi emere prædictum censem, seu Ius ad fructus dicti prædi. Ita, ut debitor, hinc faciat fructus illos deinceps suos pro cenu molestie, quam aliquis forte inferet contra possessionem ejusdem prædii. Vides discrimen, in priori significatione extinguitur, cessatque omnia census, atque adeò redempcio est extinctiva census; at in posteriori non extinguitur census, sed redempcio est translativa Iuris census; transfert enim Ius percipienti consequentes pensiones in ipsum, qui erat antea debitor.

274. Lib.IX. De Contract. Tr.II. de Censibus.

bitor, quique nunc reditiv, plurimas illo jure pro tempore dicta molesta.

His igitur ad explicationem terminorum positis, difficultas est, an creditor licet possit, & an etiam obligetur revedere cum dicta cessione translativa, quam secundo loco explicimus, quoniam debitor ille seu tertius possessor rei subjugata offert capitale cum decoris? Nam quod obligetur extinguere censem, eo modo quo explicimus primo loco, res est certa, & disputatione non indiger. Loquamur prius de potestate breviter, tum aliquantò laius de obligatione. De quibus legi possunt Ametus resolut. 7. à num. 29. Rodric. de an. red. lib. 2. quæst. 16. Pont. consil. 87. lib. 1. Felician. de Cens. l. 4. c. vii. Mastrill. de Cens. q. 5. Giur. de cœl. 87. aliquie.

5. Quoad prius: Res est certa, creditorem, seu Dominum censem, si velit; posse licet censem revendere debitori, seu cuiuscunq; possessori prædicti subjecti censi transferens in illum jura omnia sua, immo etiam cuiuscunq; alteri, cui forte debitor censem concessit. Ius luendi, quod ipse debitor habebat. Ratio est manifesta, quia quilibet potest jura sua alteri cedere, quando nihil obstat in oppositum, ut certè nihil hic obstat, & sane quotidiana praxis ostendit id esse licitum, cum frequentissimè ejusmodi revenditiones translativæ jurium in nostro Regno celebrentur.

6. Quoad posteriorius, in quo consistit præsens, & quidem gravis difficultas: Dico, obligari creditorem revertere censem debitori, seu hujus cessionario, idque cum prædicta cessione, seu translatione juris, quod est dicere, ejusmodi revenditionem translativam juris esse necessariam, non solum voluntariam. Probatur duobus præstigiis argumentis, alterum ducitur ab æquitate, alterum à rigorosa iustitia.

7. Nam primò, celebre axioma in moralibus, est, ut illud quod tibi non nocet & alteri prodest faciendum sit. Quod principium habetur ex l. In creditor, ff. de evitacionibus, ibi, Cui non æquum videbitur, ut hoc saltem consequi, quod sine dispensio creditoris factum est? Sed ejusmodi revenditio translativa, ut videatur m.m. 3. & 4. ex una parte non nocet creditoris, quia semper apponitur, seu apponi intelligitur illa clausula: *Dummodo contra ipsum ea cesso non retroqueat, & ex alia, prode debitori deponenti premium: ergo ex æquitate facienda est.*

8. Dices, si solum ex æquitate est facienda, non obligabitur creditor ei acquiescere, nisi ex congruitate; Id enim solum importat æquitas, ut ea distinguitur à iustitia.

9. Respondeo: Aliqui, ut huic instantiæ satisfaciant, recurrent ad illud aliud principium in Iure: *Paris sunt compelli, & posse compelli.* Quar' afferunt, in hoc easu adesse obligationem, etiam ante mandatum Iudicis, quamvis solum consideremus prædictam æquitatem, quia had obligationem inducendam satis est, quod ex mandato Iudicis possit creditor compelli. Animo non sedet haec responsio, quia non semper compelli, & posse compelli, paria sunt: ad multa enim post sententiam Iudicis aliquis obligatur, ad quæ non obligari antea, adeoque compelli antea non potest, v.g. non obligari quis ante sententiam solvere pecuniam, restituere rem litigiosam se possessione spoliare, quando ratio contra ipsum luce clarius non appetat, &c. quæ tamen obligabitur facere post sententiam.

Respondeo igitur, hoc primum argumentum, nisi ad datum id, quod mos proferam num. 10. non esse valde efficax ante sententiam Iudicis, esse solum efficax post Iudicis mandatum, quia sententia late à Iudice secundum æquitatem judicante, est omnino parendum, quia etiam sic iusta est. Addamus ergo id, quod efficaciter in tentum nostrum probat.

10. Nam secundò, ex vi rigorosa justitia sic probatur nostra conclusio. Ceterum, & infallibile principium est

Pacta justa esse servanda: sed in foundatione censuum pactum, ut empator, seu Dominus censem obligaretur, dæcum prædicta translatione putes; ergo etc.

11. Minor, in qua hareris vis argumentum probatur, in quo contrarium præsentim bona fidei via est, quo, qualis certè est contrarium, de quo agimus, est unus enim, ut notar de Lugo, l. 27. de Iust. ap. min. species venditionis, & emptionis, que est contra species bona fidei: qui, inquam, contraria bona fidei initum cum aliquo, se implicitè obligat, sed da ea omnia, quæ ex æquitate in contractu inveniuntur; sed in contractu creationis censum nullam æquitas ad translationem illum jurum, ut videtur, ergo ad illam æquitatem servandum se obligatur.

12. Eadem Minor probatur secundò, quia in linea foundationis census juxta formam Bullæ Nicoli V. brati, bonitur hac clausula: *Cum potestate redimere.* Immò, etiam si ea non explicitè ponetur, adhuc ligetur implicitè adjecta, quia in Sicilia semper impunitur fundari census in forma dictæ Bullæ. Sicut et hoc verbum (*redimere*) non significat solum remunrem censem, & solam affrancationem predi, ut etiam novam emptionem rei (que hic non est) impunit ipsius census, seu juris auctiūs ex eo præcipiendos) ergo cum pactum in ipsa foundatione censum possum, & a Pontifice requiriuntur, ut debet sibi quædācumque voluerit, & sibi velle erit, remunrem censem, sane creditor revendere debet modo obstat, sine iniustitia ex non observato pacto, immo, rite in obedientia contra Pontificis præscriptum regulo modo posset.

13. Si Bulla dicerat: *Cum potestate redimere censum,* census fortasse posset esse, cum potestandi, seu affrancandi prædium, (Sicut dicuntur mere servum, & redimere captivum ab eo, quoniam potestate habet, id est, liberare servum, saltem extingue) & tunc, saltem clare, non aperte nisi pactum merè illum censem extingendi, deinde Bulla dicat: *Cum potestate redimere censum,* & appellat Pontifex prisco illo more census,) non est illa census, nisi quem nos contendimus, sed, in potestate emendi ipsum censem per translationem juris in se. Parte, quia non potest iniungi, quia quis emat censem, & non conquisitet, immo, in eo ipso emat, seu recipiat jus ad percipiendos facti prædicti census, adeoque cum translatione jura in se. Profecto hujusmodi est census in similius locis, & census, & redimere censum, & redimere domum, scilicet Domum ab alio occupatam iterum, preto dare non posse, & Ius in ipsam, realrumere; Et cum dicimus, redimere hereditatem, census est, venditum hereditatem iterum recipere, iterumque Ius in ipsam affirmare, sunt, vel patrum literatis cogita apud Calepinum, Redimo.

Dixi (cum Bulla dicat, &c.) ejus enim velut signata sunt:

Concedimus Siculis, hujusmodi censualia conficiens, per rebus, & proprietatis, ac facultatis eiusdem, instrumento gratis pro consueta primitiva dimendi.

Vides, Td(silla redimendi) posse referri ad censum, ut ego contendeo, dixit enim (illa) non (ills.) & post vicinque referri ad res, & proprietates, id est, bona generis, ad bona, & prædia, ut contendere adiutorum (licet præter ordinarium loquendi modum) potest, tam ego afferro, meam interpretationem esse prædictam. Ratio est, tum quia dicit (illa) ut jam res nullae non (ills.) tum, quia cum hoc pactum à Pontifice regatur in favorem ipsius venditoris census, in favorebus vidimus, illud interpretari oportet, quando magis favet, maximè in re, quæ in nihil nocet. Empoget, quia nunc est revendor, diximus n. 4.

14. Atque hinc collige minds recte logui illis quæ

cum Roderico, de ann. reddit. lib. 2. queſt. 16. (quamvis nobiscum is feciat) in reliquis; nec ante tam in creatione prima census adesse hoc paclum; minus, inquam, recte loqui, nam illi, nec considerant implicitum patrum servandae æquitatis, quod diximus non. 9. nec advernum illud: Cum potestate illa redimendationibus referri ad censulam, ut modò dictum est.

15. Confirmatur primò, ex praxi, quam testantur Ioseph. Carleval, t. 2. de Iude. lib. 1. t. 3. disp. ultima, & Arias de Mesa lib. 1. resol. cap. 22. adesse in Sicilia, & Neapol. quā debitor cedit, vel donat, usum luendi censum, & cessionariū, vel donatarium, deposito pretio, cogit Dominum censum ad revenditionem animo faciendi fructus suos, in quo casu hic acquirit censum cum eadem auctoritate, quia primus creditor fruebatur. Si ergo cessionarius seu donatarius primi debitoris potest cogere ad predicta primi creditorem censum, cur idem non poterit ipse debitor, qui censum vendidit, vel ejus hactenus, si corrum interfit?

16. Confirmatur secundò, quia clausulam hanc protestati redimendi positam in contractu erectionis census, ita debere explicari de stylo Notariorum ut importante obligationem in revendente, ad cedentia lura census quando ea postulat, is qui reluit, testati sunt in quodam casu occurrenti, aliqui Notarii non ignobiles à quodam Parte Nostra Societatis, qui id mihi gerulit, de hac re consulti.

DVBIVM INCIDENS.

An Ecclesia obligetur revendere Censem cum predicta cessione translativa Iurium.

17. Nec obligari Ecclesiam, nec sine Pontificis facultate posse validè, quia illegitimè alienaret bona Ecclesiastica, contendit P. Tancr. in q. moral. t. 1. tract. 2. n. 109.

Nihilominus asserto, & validè posse, obligati. Ratio est duplex: Primo, quia Ecclesia non facit contra prohibitionem non alienandi bona, quando alienat necessitate & non ex voluntate, sed in casu, de quo agimus, alienat ex necessitate, & non, &c. ergo, &c.

Majot pater, quia quoties in Iure prohibetur alienatio, non venit necessaria, sed tantum voluntaria: & merito, quia Pontifices noluerunt per prohibitionem praediicare, iuri aliorum, nam propterea, ita passim firmant Doctores, Bordonius tom. 1. resolut. 27. de alienatione rerum Eccles. num. 6. id probans ex 1. Alien. ff. Famil. Eccles. & t. 3. contr. 26. num. 10. allegans alias leg. Rotam Romanam, Surdum, aliisque plures: idem coll. sequens refert Tiraquell. de retrah. §. 1. Glossa 14. num. 11. & plures denique, Arias de Mesa lib. 3. cap. 26. num. 21. aliquique.

18. Minor autem probatur evidenter ex dictis à ubi ostendimus, eius modi revenditionem translativam lura esse necessariam, ex æquitate, & ex iustitia iuxta requisita à Summo Pontifice; ut etiam hinc possimus contendere pro dicta revenditione adesse iam Pontificis concessionem. Lege Bonacini, de Alien. Bon. Eccles. queſt. vnic. p. 2. num. 10. qui inde in simili existimat Retrevenditionem non esse alienacionem veritatem Ecclesiasticis, quando pactum retrovendendi positum est in prima venditione, quia tunc retrovendit non est novus contractus alienationis, sed est impletio contractus prioris. Certè simillimus est, ne dicam idem, causa nostrar.

19. Secunda ratio nostra, assertio dicitur ex eo, quod Ecclesia obligatur acceptare premium sibi ablatum, unde extinguitur census; id, quod omnes sine controversia fatetur. Nam hinc sequitur, quod, si ipsa cedat, prædicta lura, nihil gravetur, nihil de suo amittat, nihil damni patiatur. Nam enim ipsa extinto, censu, quem tamen extinguire abligatur, nihil amplius habet, quod amittat, seu in quo gravetur. Si ergo in nihilo grava-

tur, sequitur rursus, ut non prohibeatur ea Iura ceder e. Probatur sequela, quia ab illa alienatione prohibetur Ecclesia ablinere, qua ipsam gravat, ut habet Bordonius t. 2. resol. 64. queſt. 4. & alibi, & quidem jure, si enim ipsum non gravat, frustrane esset prohibiti, & imprudenter, inquit, invidenter Pontifex se gereret, si vellet, ut alteri derengatur, quod sine Ecclesia gravamine concedi posset.

20. Confirmatur primò nostra assertio: quia ex prehabita consideratione hæc nostra Iurum cessio non est vocanda, nec censenda alienatio, nisi validè æquivocata, & impropre: nam alienatio in re nostra est distractio aliquis boni ab Ecclesia, sed hæc nostra Iuris cessio, nihil boni distractit, seu tollit ab Ecclesia, ut dictum est, ergo, &c.

21. Confirmatur secundò, eodem Bordonio tom. 3. contr. 26. queſt. 1. num. 5. qui cùm illud (redimere potest) potum in contractibus censuum, intelligat non de extinctione dumtaxat, sed de venditione cum translatione Iuris, ita pro nobis docet: *Census, inquit, habet hoc speciale, quod redimi potest; non obstante quavis longissimæ, & immemorabili temporis prescrizione, & qui habet jus illud exigendi, licet sit Ecclesia, tenet illud vendere sine aliqua iuri solemnitate requista in alienatione rerum Ecclesiasticarum. Hac ille. Nota: Vendere, dicit, non extinguere. Notas iterum: Vendere jus exigendi, dicit, quæ profectio clara est assertio nostra.*

22. Et vide inconsequentiam contraria opinonis, ea enim concedit, posse ad prædictam iuris cessio- nem compelli laicus; at negat posse cogi Ecclesiam. Manifesta inconsequentialia. Si enim idem laicus cogitur, quia sive ex æquitate, sive ex iustitia obligatur, certè ex eadem ex æquitate, & iustitia obligatur Ecclesia: Nam, & Ecclesia pari modo subditur legi ex æquitatis, & iustitiae, ac subditur laicus, sicut pari modo est Dominus censum cum iisdem gravaminibus, & pactis, cum quibus est laicus. Et sane mirum esset, quod jus exigen- di censem à prædio, verbi gratiæ, Lucano donatum, vel venditum laico Petro, obliget (postulantem debitorem) Petrum ad revendendum cum cessione translativa iurium, ut hæc sententia, quam impugnamus, concedit: at idem jus exigen- di eundem censem ab eodem Lucano prædio donatum, vel venditum Ecclesiam, nequaquam ipsam obliget, eodem debitore postulante. Vnde, quæ te, naturam mutavit ejusmodi census, quandoquidem, ut supponimus, cum iisdem oneribus, & pactis ad Ecclesiam pervenit?

Supereft jam rationes adversariorum solvere, quas facilè quis ex dictis infingeret, & quidem evidenter potest.

23. Objiciunt enim primò, sic: *Ius, quod Ecclesia habet exigendi censem, seu rediutus ab hoc prædio, est bonum stabile; ergo, si illud transfert in debitorem censum, alienat bonum stabile contra prohibitionem.*

24. Confirmatur primò, quia hæc prohibito, cum sit favorabile Ecclesiam, comprehendit quamcumque cesso- nem iurium in extraneum, ergo, &c.

25. Confirmatur secundò, quia sic adderetur novum onus Ecclesiam, nam initio fundationis census solum fuit appositum pactum, ut extingueretur census, non vero, ut in debitorem transferretur.

26. Respondeo, nego consequentiam objectionis: ut pater ex dictis, nihil enim alienat, quod bonum suum sit.

27. Ad confirmationem primam, distinguo apte- dens: Comprehendit quamcumque cessionem iurium in quæcumque extraneum, cum quo nullum præcessit pa- cillum, concedo antecedens: Comprehendit quæcumque cessionem in extraneum, cum quo (sive cum cuius majoribus, vel similibus) præcessit pactum transferendi, ne- go antecedens. Vnde, & nego consequentiam.

28. Ad confirmationem secundam, nego induci novum onus, jam enim centes dictum est, hæc onus fuisse, sive implicitè, sive explicitè positum iuris contra-

ctus,

276 Lib.IX.De Contract.Tr.II.de Censibus.

Etus, Imò jam etiam dictum est, non esse onus, facere id, quod tibi non nocet, & ali prodest.

29. **I**nfas: At saltem erit onus Ecclesia, quod debitores censum scientes Ecclesiam posse cogi ad reverendum in translatione dicta jurium, facilis quærent se sedimere: id, quod sepiissime ederet in damnum Ecclesia, que, nec æqualem, nec promptum invente posset censem quem emeret cum pretio sibi reddito.

30. **R**espondeo, esto, hoc sit aliquid onus, tamen, quia est appossum in creatione ejusdem census, ideo cum patientia tolerandum, Duxi (Acto) quia revera, tam modicum, & tam remotum hoc gravamen est, ut non venire debeat in considerationem, maximè in re nostra; neque enim Ecclesia per prohibitionem alienationis rerum Ecclesiasticarum veratur, ne sit mera, & remora, occasio, & ne se ostendat facilem ad reverendum, sed solum ne reverendus; quando res prohibita est reverdi, & quando ipsi est voluntarium, reverditionem denegare.

31. **O**biciunt secundò, Doctores passim docent, si prædium vendatur pupillo cum pacto, de hypotheca, non posse fieri hypothecam sine Decreto Iudicis, quia statim, atque fuit prædium in dominio pupilli, cepit esse sub lege prohibente, ne pupillus sine auctoritate Iudicis hypothecari, id est, alienationem faceret. Ergo pari, imò maiori ratione, in casu nostro, etiam si pactum præcesserit non poterit Ecclesia hoc pactum exequi sine licencia Pontificis.

32. **R**espondeo, claras esse disparitates, Primi, in pupillo noctitura supponitur, seu melius tuncetur erectione hypothecæ, in casu nostro nihil nocet Ecclesia translationis iuris, de qua loquimur, ut toties probatum est. Secundò, Pactum pupilli cum vendente prædium, est initium inter ipsos privatos, estque speciale inter has personas contrahentes, at in casu nostro est pactum universaliter requisitum à Summo Pontifice pro omnibus contrahentibus, & ut lex publica ab eodem lata, quare sine restrictione servanda. Tertiò, Ratio, cur requiratur à Pupillo Decreto Iudicis in creatione dictæ hypothecæ, est parva etas pupilli, qui non iudicatur, adhuc aptus ex se solo ad contrahendum, & ad discernendas conditiones contractuum. Id quod nihil est in casu nostro.

33. **O**biciunt denique tertio, auctoritatem cuiusdam docti Cauidicis, & cuiusdam virti fide digni, afferentium Tribunalia in nostro Regno decidisse, Ecclesiam hac in re, nec debere, nec posse compelli.

34. **R**espondeo, Tunc id ita fortasse fuisse decisum, quia probabilis visa fuit illa opinio. Sed hodiè, quandō rationes iam sunt diligenter exposte, certè in favorem nostræ, hoc est, vera tentatio erit, pronuntiandum.

§.V.Tertia conditio Census in Sicilia, Ut pensio non excedat decimam pretii.

1. **T**ertia conditio est, ut non constitutatur census, nisi ad rationem unius pro decem, seu ad rationem decem pro centenario; id, quod iussit Pontifex, ne, si amplius censuarii dare deberent, facilè in pauperatatem dilaberentur.

Quo m'ord Carolus V. in Germania, & Philippus II. in Sicilia, & Clemens VIII. pro statu Ecclesiastico auxerunt premium census, modo, quo *sprā* dictum est, id est statim oritur difficultas, an si Siculus, cui iam concessit Nicolaus, emere censem ad rationem decem, pro centum, & cui Philippus negavit ut sic emeret, cum solùm velit ad rationem quinque pro centum, an, inquam, possit Siculus in conscientia (nam in foro externo Rex, seu illius Iudex ipsum sine dubio condemnaret) licet, & validè emere ad rationem pluris, quam quinque pro centum, pura ad rationem sex, septem, decem, &c. De hoc *sprā*, c. 4. §. 3. n. 3. & c. 6. §. 2. n. 8. bis dictum est, id tamen item hic, quasi in proprio loco est discutiendum.

2. Et quidem primo aspectu, posse videatur, quia non

potuit Princeps restringere id, quod Summus Pontifex concessit.

Nobilissimus respondeo, non posse. Ratio est,

Nicolaus V. foliā permittens declaravit, ut ex operibus *sprā*, c. 6. §. 1. n. 2. positis appareat, non nullus, scilicet censum emere censem in Sicilia ad rationem decem pro centenario. Ceterum non admittit Regis audientia & providentiam, quam habere debet decennium præter rerum, & consequenter præcia censum, id, quod in Sicilia in creatione censum, notari *sprā* 1. a.

3. Et certè inter alia onera *sprā* taeta, nonnullum onus est facultas empotoris sibi adjudicandum ad discursum, quando pensio à venditore sollebitur? De qua re pluribus mox dicens 7.

Adde aliam rationem ex generali doctrina, quia licet præcia rerum crescere ex copia ementum: Cumque multi, penè sine numero sint, qui emunt episcopatus in forma Bullæ Nicolai, mutum non esse debet majori nunc pretio esse digno. Quare Rex, quod pertinet decernere rerum præcia, redit iudicium, plenaria potuit, nunc, in tanta emptorum copia, quod tunc forte non judicavit, additis oneribus, præter ejusmodi justum pretium esse debere ad rationem quae pro centum. Quod autem etiam in venditionibus valeat, ad majus, vel minus pretium confundum, emptor parvus, vel magnus numerus, scilicet Lugo d. 25. *de Iust. n. 200.* & fatetur omnes.

4. Quando autem num. 3. assertu, non posse, scilicet nec licet, nec validè. Non licet, quia prius non quando sunt à Princepe taxata, obligant, ut illi visibiliter serventur, quemadmodum sub dicto. Non valide, quia Rex Philippus nullus redditus etus in posttermum creando, si superent prædicta una cuius verba irritantia contractum majori pretiū faciat, sicut sunt. In 2. tom. pragmat. Reg. Sicil. tit. 4. pag. 3. de Cens. iuxta form. Bullæ.

5. Ordinamo, è comandano, che di qua inventio, si possa in deo Regno di Sicilia impone, sub iure, ne fondare di novo rendita, sub jura di giugnitione, o Censi redimibili, ne ricevano un prezzo di vinimilia il miglio, che è il bonum, di cinque per cento, è obli conatu de rebus, o Censi, che d'altra maniera si faranno, sicut nulli, o di nessuno valore, & effetto, (notari invicti & contractus?) e non si possa per viri in dignissima, dare, ne recuperare in judicio, ne sua, sicut in detta regione, è rispetto.

6. VI. Quarta, seu ultima conditio Censu in Sicilia, Ut possint apponi pacta ad arbitrium contrahentium.

1. **A**ldè notabilis, & ampla est holus charta concessio, quia in aliis Bullis multa potest posse habentur, ut ex Superioribus constat. Sed in nobis agno possunt adjici contrahenti census, ex vi istius contractionis, omnia, & quæcumque pacta, velint contractare, dummodo (ut semper supponitur) apponantur, que sunt conformia iuri naturæ, ad quæ nihil aliud possit, nisi, ut servetur æqualitas, gravamina competenter, & pacta non sint inter se contraria, notari, cum laudo *sprā* cap. 4. num. 1. initio.

2. Aitque hinc sit, ut quando in Sicilia apponitur pœnum (et solet quidem semper) ut si cedentibus non solvat pensionem, possit censuilla præmium, sub quoniam fidetur census, sibi adjudicare, non excludatur esse licet, & metitio: non enim eff contraria naturam contractus, quia illud nullo modo destruit naturam contractus, & ex alia parte non videtur esse illicitum, quia ipsius onus imponatur venditori, quia supponitur compendiari aliunde ejusmodi gravamen, & non possit prædictam Philippi Pragmaticam maxime compendiari, atque eo, quod empator non acquirit pensionem, nisi a pensionem quinque pro centum, ut *sprā* vidimus. Nigra

etiam est illicitum ex alio capite injusto, quia etiam supponimus illud non apponi, propter quancumque modicam pensionem non solutam, sed propter multas, quae possunt aliqua tandem ratione attingere diuidum valoris praedii, modo mox explicando, & supponimus etiam, ponit in pœnam mod. ratam per Iudicis sententiam infligendam, ob culpam pœnitentis, & nolentis solvere censum, ut supra cap. 4. §. 4. & hoc eodem cap. 6. §. 1. n. 6. vidimus. Non denique est illicitum ex lege positiva, quia jam concessit Nicolaus V. posse ponit quaeunque pacta iusta, &c.

His in genere prælibatis, ad aliqua leitu necessaria de hac adjudicatione progediamur.

§. VIII. An posse quis, vi cessionis habita a Domino censu, sibi adjudicare, hoc est, auctoritate Iudicis sibi appropriare praedium censu subjectum?

1. Non ratiō pœnit, quando censuarius, id est, debitor censu, live oī paupertatem, live propter aliud, non solvit pensiones censuariae, id est, creditori debitis, dictas pensiones solvit alius tertius sua pecunia, cui tertio dicitur censuarius, qui est Dominus, & creditor censu, cedit totum Ius, quod ipse habet in dictum debitorem, & in quecumque bona obligata, vel hypothecata suo censi. Postquam autem ejusmodi tertius obtinet hoc Ius propter multas pensiones a se solutas, petit, & obtinet a Iudice, sibi attribuuntur illa bona loco censuaria, a quo ipse tertius Ius habuit. Questio igitur est, an id valde sit, & licet?

2. Respondeo, supposita æqualitate debiti, & valore praedii, seu boni adjudicari (de qua re mox §. seq. fuisse disputabimus.) Respondeo, inquam, validè, & licet fieri, ut ab uslo ipso communis in Regno videmus approbari. Et ratio est manifesta, quia ex una parte censuarius, quando ei non solvuntur sua pensiones, habet hoc Ius adjudicandi sibi praedium, ut diximus §. præced. num. 2. & ex alia, idem censuarius, utpote dominus talis Iuris, illud cedere alteri, non prohibetur.

3. Hoc profecto facile est. Verum, hinc insurgit molesta difficultas: An scilicet, si Tertius hic, non quidem sua pecunia, sed pecunia ipsius censuarii solvat aliquor pensiones censuariae: quot sufficiunt ad adjudicandum praedium? An, inquam, hic Tertius submissus, qui solvit esse, vel Fanulus, vel Ancilla ipsius Censuarii, vel filius amicus, licet posse acquirere idem Ius, & sibi bona illi; v.g. praedium adjudicare, & adjudicatum donare ipso Centurio, qui jam in postuum possidebit, quasi per Donationem praedium idem, quod anteja possidebat, & quia non est extinctus Censu (cum adjudicatio procerferet solum ob pensiones annuas, seu fructus præteritos non solutos, sibique ille submissus censuarii sibi, ut loquuntur accolaverit) ideo idem Censuarius possidebit etiam in posterum praedium Censu. Et consequenter suas faciet ejusdem Censu pensiones, seu fructus eo modo, quo sibi eas fecisset Tertius. Vides artificium? Si Censuarius ipse, qui est debitor, nomine suo Censu solvisset, nihil Iuris acquisivisset solutio, sed solum plenè per ipsam satisfactum fuisset Censuaria. At quia solvit ille Tertius, qui debitor non erat, ideo potuit, ex Iure sibi concessio, praedium sibi a judicare, ut pecuniam solutam recuperaret.

4. Respondeo. Nunquam mihi persuadere potui, licet, & justè fieri a sciente fraudem, ejusmodi artificio fam celiorem. Primo, quia est contra Iustitiam commutativam. Secundo, contra Iustitiam legalem, seu bonum publicum. Tertiò, contra virtutem Religionis.

5. Probatur primum, nam tunc censuaria, vel quicunque sit, per hereditatem, aut ex alio titulo est Dominus censu, & cui debentur à censuario pensiones, tunc, inquam, censuaria nullum Ius dare ipsi Tertio valet, unde ipso Tertio nullum Ius acquirere potest. Quare, si cum illo apparenti Iure sibi postea adjudicabit praedium, inusta, & invalidè ipsi centurio rem illam donabit, &

Pars III.

censuarius rem alienam, si eam acceptavit, possidebit inusta.

6. Quod autem censuaria nullum Ius dare valeat illi Tertio, ubi est sita tota vis argumenti, luce ipsa clarius mihi videatur. si solùm animo penetratur hujus negotiationis faus. Nam censuaria nullum Ius habet adjudicandi sibi praedium censu subjectum, quando censuarius illi solvit ex sua pecunia pensionem, quia paustum, sed pena adjudicationis est adnexa non solutioni, id est, tunc habet hoc Ius adjudicandi sibi praedium censuaria, quando censuarius nou solvit, cum possit, ut vidimus n. 1. At in causa, de quo est sermo, non censuarius verè, & re ipsa ex sua pecunia solvit; ergo non remanet in censuaria Ius quo illi Tertio possit cedere.

Neque dicas: Potuit censuarius mutuare, & fortasse mutauit hanc pecuniam tertio illi, & sic ille tertius pecunia propria pensionem solvit; Ne id dicas, inquam, Primo, quia verè censuarius non mutuat. Id certe patet, nam pauperi famulo, vel ancilla, immo etiam homini diviti nemo mutuat sine securitate, aut pignore, aut dejusfose: quia omnia longè absunt à calu nostro. Secundo, Profectò nonnulli fictè mutuat, qui mutuat vendendo, & intendendo, sibi deinde donari fideleri prædium, & omne Ius acquirent, vel acquirendum ex illa pecunia.

7. Confirmatur nostra doctrina, nam, quando censuarius potest solvere pensionem, & non vult, nullum debet ex hac inusta commodum reportare: at nunc potest solvere, quia jam habet pecuniam, quam numeret illi tertio, & tamen non vult ipse solvere pensionem; ergo qua ratione reportabit illud commodum acquirendi prædium?

8. Iam quod id sit contra Iustitiam legalem; Probatur, quia quando censuaria sciens fraudem, cedit per publicam Notarium illud Ius, quod ut diximus, non habet, idque regulariter sub juramento (de quo mox) & quando deinde censuarius, atque ille tertius per publicum Iudicem exigunt, & acceptant adjudicationem ex nullo Iure in conscientia procedentem. Non solùm peccant contra Iustitiam commutativam sub restitutio[n]is onere, ut dictum est, sed etiam contra Iudicia, & officia publica, dum per publicos actus, & scripturas ad solvendas, & palliandas suas fraudes utuntur Iudicium, & Notariorum officia; ergo etiam peccant contra Iustitiam legalem. Nam propterea, quando Iudices, & Notarii iniquum hoc stratagem advertunt (quod facilè adverti ab illo potest, quando ille tertius submissus est pauper, vel, si est dives, quando appetat nil ad ipsum attinere solutionem illam) peccant mortaliter contra candem Iustitiam legalem, sicuti, quia cooperantur inusta commutativa, peccant item contra commutativam, & subeunt etiam ipsi restitutio[n]is onus.

9. Dixi autem (sciens fraudem, à sciente fraudem, &c.) nam, si quis ex dictis nesciat, nec sit dubium, quod fraudes illæ adint, potest, & debet judicare non adesse quia delictum nunquam presumendum est, & tunc (factis tamen diligentiis ad veritatem ascendam) poterit is sequi doctrinam datam n. 1. & 2. quia tunc prudenter putabit, illum tertium solvere censu ex pecunia propria.

10. Dices: Vel loqui possumus de censuaria, qui non vult solvere immediatè pensionem, nisi n[on] adiante illo tertio, & tunc peccare censuarium, concedatur, quia cum habeat pecuniam, quam solvatur, teneaturque ipse eam solvere, perperam agit, non solvendo, unde & perperam tertius cooperando cum ipso. At censuaria videtur excusandus, quod coactus à suo interesse, id est, ad suas pensiones recuperandas, cedat illi tertio Ius suum; supponimus enim illum tertium non solutum, nisi ejusmodi Ius ipsi cedatur à censuaria.

11. Respondeo, non solum censuarium, & tertium illum, sed nec censuariam posse per hanc tuam considerationem excusari. Ratio est, quia ad suas pensiones recuperandas, non potest censuaria vendere id, quod non habet, sicuti non posset idem censuaria, ad recuperandas suas pen-

A a sionem

sonem, vendere eum, v. g. meum illi tertio, quia censuita nullum Ius habet ad equum meum. Cum ergo censuita, quando ei solvit sua pensio ex pecunia censuaria, nullum prorsus Ius habeat, seu nullum Ius ei remaneat, quid cederet, seu vendere alteri poterit? Quoniam autem tunc solum (praeceps alicui inconveniens) possit censuita, vel quilibet alius contrectare equum meum, quando extrema necessitas illum ad hoc urget, in qua necessitate omnia sunt communia, praeceps tamen quantum sufficit ad extremam necessitatem sublevandam) ita in casu nostro, &c. Sed quanto te in nostro casu, quan-

dónam tanta necessitas?

12. Denique tertio. Quod prædictum artificium sit contra virtutem Religiorū, probatur: Nam in eo contendo, semper solet intervenire juramentum, quo censuita jus suum cedit illi tertio, & quo hic tertius donat præmium censuaria. At qua veritate possunt ipsi jurare, vendere, vel donare Ius, vel præmium, quod ut probavimus, suum non est.

13. Nonnulli prædicta juris fidet (ut ego meritò appello) cessione utuntur ad finem excludendi alios ereditores. Exemplo rem facile intelliges: Petrus, v. g. emittit præmium censuaria tribus, v. g. Censum obligationibus, propter quas dictum præmium debet Tito, v. g. anterior decem annos aureos, ali posteriori, v. g. Cao, alias decem, Sempronio denique magis posteriori decem item alios. Petrus ergo submittit aliquem fidelem hominem, cui numerar decem aureos, quos homo hic solvit Tito anteriori, ubique accipit cessionem Iurium à dicto Tito contra præmium possidum à Petro, idque continuat per multos annos, nam postquam summa soluta sufficit ad præmium sibi adjudicandum, illud sibi homo ille fidelis adjudicat (fidelis quidem homini, sed infidelis Deo) & ut potè qui illud acquirit ex vi census anterioris, excludit Caium, & Sempronius posteriores, prætextu, quod pro illis nihil remaneat fructuum dicti prædi, & præmium sic liberus à se acquisitione donat dictu homo fidelis Petro.

14. Affero, hanc negotiationem esse injuriam, propter dicta in prædictis. Addo, si præmium illud ab initio (ut debet præsumi) era sufficiens, & nunc est etiam fortasse sufficiens ad omnes tres pensiones solvendas, quo jure, possunt hac arte excludi Caius, & Sempronius? Vel certè, quo jure potest ipsis difficultissima reddi solutio suarum pensionum? Quod si prætendatur non esse sufficiens, eur non relinquitur cuique suum Ius experiendi an omnes possint habere suas pensiones, vel portionem saltem aliquam in anno fortasse aliquo fertili.

Per hanc occasionem querimus, quid in conscientia de quadam simili Cessione in favorem Censuarii?

15. Sensus questionis est, An, si ipse censuarius possit sibi prædi pensionem tibi censuaria requebit at te, ut ipsi cedas tuas actiones contra alios quocunque. An, inquam, licet ille requirat, & tu cedes item licet?

16. Respondeo, esse bene distinguendum: Quando enim is fundavit censum, seu suum præmium subiecti censu tibi solvendo, vel (cum dictum præmium sibi adjudicavit, sed emit) sibi eidem censem illum (ut dicimus) accollavit, hoc est, solvere promisit, dico, nec justè, nec licet ipsum posse requirere ejusmodi cessionem, nec te illi cooperari cedendo (item de hereditibus, qui Antecessoris personam repræsentant) Ratio est, quia, si is fundavit censum, jam habuit pecuniam correspondenter valori census; si vero sibi illum accollavit, vel emit, jam tantò minoris habuit præmium, quantum importat debere solvi talen censem. Ergo cum ipse sit abundè satisfactus, non potest amplius petere prædictam cessionem; sic enim acquireret Ius ad iteratam satisfactionem ex vi dictæ cessionis; nam quando fundavit, vel accollavit, vel emit sibi censem, fuit jam, ut dixi, satisfactus: quare, si ex vi hujus cessionis possit petere eandem sum-

man ab alio, certè esset, vello iterum satisfactionem nulli occiri subjectum is habuit, sive ex proprio indeute, sive ex alio contractu onerolo, si deinde illud præmium inveniretur subjectum alieni censu ei subiectum, & de facto is tibi ipsum solvere, justè requisitum est, illamque ei tu ex Iustitia faceres; ita tunc habebit Ius possidendi libertum, ut supponimus, & faciat prædictum præmium; unde, si pro ipso tibi aliquis poterit ab altero, qui centum solvere debet, apparet quidem, si bene advertis, haec Iuris cesso causa, & similis, ac dicta n. 1. & 2. est enim ac si tertius solvere sua propria pecunia, quam debet ab ipso mutari, pateretur non est.

17. Quando autem prædictum præmium tangere nulli occiri subjectum is habuit, sive ex proprio indeute, sive ex alio contractu onerolo, si deinde illud præmium inveniretur subjectum alieni censu ei subiectum, & de facto is tibi ipsum solvere, justè requisitum est, illamque ei tu ex Iustitia faceres; ita tunc habebit Ius possidendi libertum, ut supponimus, & faciat prædictum præmium; unde, si pro ipso tibi aliquis poterit ab altero, qui centum solvere debet, apparet quidem, si bene advertis, haec Iuris cesso causa, & similis, ac dicta n. 1. & 2. est enim ac si tertius solvere sua propria pecunia, quam debet ab ipso mutari, pateretur non est.

18. Dixi autem (contractu onerolo) si quidem lucrativo, si attende consideres, est eadem, vel immutatio, ac si ipse censum fundasset, vel sibi centum accollisset, nam propterea justa tunc cesso non efficiatur, tamen enim, ut alibi dictum est, obligari solvere causa rei donata sine spe recompensationis.

19. Inquires: An si cuti hic possit, solvens ipsius Domino census pensionem, possit licet à te patre, habere cessionem prædictam, quando emat præmium francum, & liberum, ita in eodem casu empi tenui prædi, possit supponere illum tertium si deinde amittere fiat cesso modo prædicto?

20. Respondeo, nequam posse. Ratio est, quia possit solvens suis propriis pecunias, quas non debet, non est defraudandus Iure, quod possit illas recuperare, est enim, ut modò innui, tunc fecit calus idemque est num. 3. At illi tertio, cum ipso tertius non habet sibi supponimus, sua propria pecunia, sed non debet, nec potest illum Ius. Multò magis, quia solvens ipsius possit solvens ipsius prædicti censu subjecti, cum sit solvens ipsius debita Domino census, nullum effectum videtur post se coixisse ipsum censem, prædi, & censuaria, & at facta tertio, valde notabiliter efficiuntur prædicti censuaria, & licet invenirentur invenientia dicta à n. 4.

S. VIII. An adjudicatio, que fieri censuerit in Iure Siciliae sit justa?

Premittuntur aliqua necessaria ad quædam intelligentiam.

1. Dominus census Bullatis nostri Regni aperte, seu per judicis sententia approponit, ut protest bona suo censui subiecta, seu ut Graco vocat, inquinur, hypothecata. Ad quod duobus procedere possunt. Primo, laetendo censuaria supra dimidium, quæ latio in hac materia vocatur enormousa, Scindendo cundem infra dimidium, quæ latio, cuncta non enormissima, nam, quando nulla est latio, cuncta ex parte adjudicatio sit justa, de ea hic agendum videtur. Quomodo autem intelligatur hoc (ultra, vel infra dimidium) passim docent Doctores, Lefsi, l. 2. cap. 10. Fagund. l. 5. de contr. c. 40. n. 2. Castropol. de Iust. com. p. 17. §. 1. n. 3. breviter autem sic habet Lefsi. l.

2. In foro externo non datur alio ei, qui emittitur, vel vendendo vilius, non est deceptus ultra dimidium justi pretii, v. g. si agrum tuum, valentem mite centum libris, vendas septuaginta, vel sexaginta, vel etiam quinginta libris, non potes intentare actionem ad refendendam, aut resumendum pretium, quia non es deceptus ultra dimidium justi pretii, scitis autem, si vendulus quadrangula octo, vel quadrangula novem, vel minor, in modo, si agrum, valentem centum libris, etiam centum quinginta duo, vel pluris, potes agere, ut, vel superflue excessus ille, vel emptio refendatur; non tamen si etiam centum quadrangula, vel etiam centum quinginta. Ita recte Lessius.

3. Permitit autem lex utramque deceptum, que

non est ultra dimidium ad vitandas lites: sed non ita, & se in conscientia docet communior sententia cum Sancto Thoma, secundum quam in conscientia foro debet superpleri justum pretium. Sed quid alii sentiantur cum quibusdam limitationibus, seu declarationibus mox dicetur à num. 8.

4. Duo insuper nota. Primum, cum licetum sit, vendere pro supremo, & emere pro infimo, illud pretium, sumendum est respectu vendoris agentis de laione, quod infinitus sit, quia emptor iustè potuit eo emere. Respectu vero emptoris agentis de laione, esse sumendum summum pretium, cum vendor iustè potuerit eo vendere. Ita Covar. lib. 2. var. 6. 2. num. 3. aliquie. Id autem dictum est, quando est pretium vulgare habens summum, medium, infimum, nam quando est pretium legitimum, id est, taxatum à Principe, cum id constat in indivisibili, semper illud sumendum erit.

5. Secundum: Excellus dimidii iusti pretij constituit ex quolibet minimo, etiam uno dumtaxat obolo, quod dimidio addatur, iuxta Texum legis, L. Hac affectio plus. De verbis signif. Verum, haec dictio refragatur Fagund. lib. 5. de contractu cap. 40. num. 2. sequentibus verbis Rebelleris: *satis est, quod unus numerus excedatur à dimidio, & inducere fibi pro fē Tiraquell. Baldum, Salicetum sed id non credo, quia parum pro nihil reputatur, nec de minimis iurat Prator. Arbitrio ergo Iudicis id committitur, quem oportet habere favorabilem in hoc, & similes negotiis arbitriarii. Hæc Fagundes, sed certè praxis nostræ Regni in adjudicationibus est, ut semper Judex jucet juxta dictum Rebellerii.*

Aljudicatio enormissimè non ladens, an sit licita?

6. His positis. Afferro primò, in posteriori casu, id est, si Dominus pensionis adjudicavit praedium censuarium, illum enormissime non ladens, ladens ministrum dumtaxat infra dimidium, ipsum esse tutum in conscientia, ac judecere praedium sibi eo modo legitimè adjudicatum possidere, ejusque fructibus tanquam legitimum Domini num si posse. Ratio positissima est, quia ejusmodi adjudicatio fit ex vi pacti appositi in contractu creationis census, per quo conventum cum censuario fuit, ut in casu negata solutionis pensionum, vindicetur praedium in licitatione, scilicet ut loquimur, in subhastatione ad discursum ultimo emptori plus offertenti. Quod pactum apponi semper solet, & quidem in censu, ac quo loquimus, quia Nicolaus V. concessit Siculis, in creatione census posse apponi quæcumque pacta.

7. Quid autem hoc pactum sit justum; Probatur primo, quia ex una parte non est destructivum contrahentes census, ut ex se patet, & ex alia, si afferre vendori sensus aliquod gravans, iam compensatur ex multis, que (ut supra diximus) sunt ex parte cap. 4. §. 4. & hoc sedam cap. 6. §. 1. num. 6. emptoris, seu Censu. Secundum, quia si non esset justum, non posset in conscientia Index in vim ipsius procedere ad sententiam adjudicationis, ne in foro quidem externo, quia non posset licet uti pacto initio contra Justitiam, & tamen quotidie videmus illum sine scripto procedere, & cum scrupulo iniustitia si non procederet. Quod si etiam procedit in enormissima laione, de qua mox, non absolute procedit, nam, ut dicimus paulo post semper relinquit locum Beneficio gratioso. Tertiò, quia praxis tot annorum, per quam ejusmodi pactum palam coram Notario, & Testibus semper apponitur, claram ostendit, id non esse illicitum.

8. Confirmari potest assertio nostra ex doctrina Excober Corro, in tract. Trib. select. tract. 1. de uroque foro, casu secundo, art. 5. num. 3. 6. Lege item Tancre, part. 2. quest. Mor. Tract. 5. quest. 6. 4. n. 19. qui non solum in subhastatione, nec solum precedente ejusmodi pacto, ut res ad discursum vendantur, sed etiam abolutè, docet, ementes vel vendentes cum laione dimidium non excedente

esse tutos in conscientia. Et quia hæc doctrina ad nos maximè facit, breviter subdico, quæ ipse pluribus ad sa-rietatem congerit. Sic ergo l. c. docet.

9. Constanter afferimus, hanc propositionem probabilem esse: *Leges Civiles, & Pontifices, &c. sufficiunt contra emptiones, & venditiones, & locationes, & similes (id est similes emptioni, non vero alios, v.g. solutio nis do- cis, legati, census, &c.) viam in pretio, vel mercede, aucto intercedat, vel infra, vel supra. Iustum pretium, vel merce dem, dummodo dimidium non excedat, sunt iusta. Et accepta prout debent, nempe deficiente omni dole, fraude, & falsa se ferentia, etiam procedunt in foro conscientia. Et vendor pro magno, & emptor pro minori iusti pretii cum his conditionibus turus manet in utroque foro. Semper intelligimus modis nos, ut contrahemus pretium, & rem. Quod ultimum adverrit pro Pueris, Maliciebus, Rusticis, si forte ob levitatem, vel inscitiam involuntariè agant.*

10. Hanc propositionem probat hic Author ducede- cim argumenta. Primo, quia talis est praxis eminentium, & vendentium.

Secundo, quia sic non permittunt solum, sed disponunt, & posse concedunt Leges Civiles, quod latè ipse prosequitur.

Tertiò, quia pacta debent servari, quando abest fraus, & dolus: at in casu nostro bona fide pactum inter vendorum, & emptorem, ut si hic pecuniam illam det, recipiet rem.

Quarto, quia sic decernunt positivè, nec solum permissivè Leges Canonicae; quod probat itidem ipse pluribus.

Quinto, quia quando concidunt duo præcepta, illud quod est maj. s. scilicet gravius servari debet, at in nostro casu duo præcepta concidunt. Alterum: *Pacta debent ser-vari. Alterum: Inter eū valorem, & precium debet inter-venire aequalitas. Sed in aīus quid, & gravius est pactum, ut definit l. 1. de pacts, & alibi: ergo hoc debet servari.*

Sexto, quia doctrina communis est, legem posse transferre dominia return in alium, sed in casu nostro factum est à lege, & quidem positivè, ut ipse ex legibus probat, ergo &c.

Septimo: stante voluntate, & scientia contrahentium sine dolo, & fraude, nulla est iniustitia: præsumuntur enim invicem sibi remittere; ergo nullum peccatum, nullaque restitutio nis obligatio.

Octavo, quia si esset iniustitia, leges non approbarent undeque, & absoluere laisionem dictam in pretio, scilicet non approbant laisionem in ipsa re vendita, quia quis, verbi gratia, loco decem measuratum pannum vendit, daret novem.

Nono, quia id probat illud (*naturaliter*) positum in l. item sic, §. quenadmodum: *Naturaliter (inquit dicta lex) concessum est, quod pluris sit minoris emere, quod minoris sit, pluris vendere, & ita invicem se emptores, & vendidores circumscribere, id est, decipere.*

Decimo, ex doctrina Theologorum, qui id concedunt in subhastatione, at & legi sunt rationes extra illam.

Undecimo, ex doctrina plurium docentium, si læsus feciat rei valorem, nullaque fraude interveniat, nullaque levitas, &c. alterum contrahentem tutum esse in conscientia. Hos Doctores præter illos, quos citat dictus Excober, vide apud Dian. p. 5. 17. 14. ref. 38. agentem ad empt. & vend. *Alearum, & Taxillorum in domo ludentium.*

Duodecimo, quia opposita sententia est causa inquietudinis conscientiae, & scrupulorum propter frequentissimam varietatem, quam sortiuntur in dies, immo horas, præcia rerum.

11. Hæc ille, quæ pluribus, & sanè latissimè prosequitur, atque pro hac opinione citat num. 204. plus quam 40. Doctores.

12. Ex qua doctrina sic formatur pro casu nostro argumentum: Quoties in communibus venditionibus, & emptionibus laiso non est enormissima, sed fit ex sententia hujus Doctoris iniustia; sed in nostra adjudicatione,

289 Lib.IX. De Contracto. Tr.II. de Censibus.

de qua nunc sermonem habemus, quæ tandem reducitur ad emptionem, & venditionem, non adest laatio enormis-sima, prout de illa loquimur; ergo, &c.

13. Confirmatur, quia in nostro casu, dum judex publicus expedit adjudicacionem, non permisit solum, sed positivè se haber, transferreis dominium; id quod, præter alias rationes efficaciores, confirmant etiam argumenta modò dicta ab Excober. Que enim probant, judicem in emptionibus, & venditionibus dominium positivè in alios transfere ob bonum publicum, ne sint litigantes, vel ob aliud, multò magis idem probant in casu nostro, ne scilicet, ob avaritiam debitorum, credita ex censu remaneant inexacta.

14. Nonnulli acriter contra nostram doctrinam inventur, quasi dicamus posse nos pretio injusto, per adjudicationem, rem alienam facere nostram; sed propositus nonquam id dicimus, asserimus enim, illud esse premium justissimum, tum quia est pretium, quod habetur iustè in subhastatione, ad quam subhastacionem consentit debitor in pacto initio in fundatione census, ut sè dicitum est, tum quia etiam extra subhastationem esset justum premium illud, de quo loquimur, vel certè à venditore voluntariè remissum, ut modò dixit Excober, tum quia id sit ex pandato Principe in casu nostro, qui princeps potest transferre dominia, &c.

15. Objicies primò. At in adjudicatione, de qua nobis est lexico, adest involuntarium, neque enim, nisi coacte id patitur censuari.

Respondeo, non quidem coacte sed maximè voluntariè hoc censuari patitur, quia, per maximam libertatem, consensit in pactum illud, quando vendidit censem, ut ex dictis patet.

16. Objicies secundò in jure L.A.D. Pio, §. Pignora, ff. De re judicata, communè præcipitur, ut quando pignus à Judice addicitur creditori, debet, præcedente estimatione vendi, etiamsi vendatur sub hasta. In nostro item Jure Siculo in Capitulo Rituum, v. Et data quæ est n. 12. & 13. conceditur, ut possit creditor, saltem in aliquo casu, accipere dumtaxat pinguevalens, id est, ultra summam sui crediti, lucrari possit insuper quartam partem dictæ summae ex ea re, quæ vendenda fuisset sub hasta, sed præcedente item estimatione; ergo in nostro, & in communè Jure debet premium rei esse, quanti illa verè in se valer; ideo enim præcedere debet estimatione, licet deinde concedatur dicta quarta pars: At in adjudicatione, de qua loquimur, nulla præcedit estimatione; ergo semper iustum erit, sic vendere, vel emere.

17. Respondeo; quæ dicta sunt in Majore, rectè procedere ex Jure communè, & Siculo in ceteris, in quibus nullum adest pactum ad discursum, seu ad subhastationem, per quod renuntietur prædictæ estimationari prædenti. Sed in nostra adjudicatione, notanter huc Siculo, & communè Juri in fundatione census renunciatur, præsente, approbante, & exequente Principe. Cur ergo, urges ea Jura legitimè renunciata, Juribus autem, quæ sunt ad peculiarem cuiuscunq; utilitatem, quemlibet renunciare posse, ne ipsi quidem adverfarii dissententur, multò magis ipso Principe consentiente.

18. Oi jicies tertio: Aliqui inusta onera, inustaque debita fingunt, ut adjudicatio per fas, vel nefas procedat; Vel fraudes in subhastatione committunt, removendo licitatores, &c. ergo, saltem ex his capitibus manifesta committitur inusta.

Respondeo. Hi certè non sunt tolerandi: Verum, malitia illorum, nequam ei officere debet, qui sincerè remedia a jure, & a justa conventione concessa sine fraudibus usurpat.

19. Objicies quartò: De natura subhastationis est, ut concurrant plures volentes emere. Id, quod non est in nostra adjudicatione, ubi sunt quidem proclamationes in foro, sed, vel coram paucissimis, vel nullo emptore premium re vera offert.

Respondeo primò, satis esse creditori; si nulla fraude

& sincerè curet facienda publicas proclamationes, ut terum per accidens est, ut nulli apparetur licet.

20. Respondeo secundò, Debitorum tam facie muniter in hac licitatione immobilium ratos, vel vel compaterere, præter ipsum creditorem, & tamè ipsi ejusmodi licitationi, sic communiter usurpare legem fundatione census conferant; ergo creditores, et emens non injistè emit; volenti enim, & sciens non injuria ab eo, qui sine fraude procedit.

Has paucas objectiones artulisse, ac distillare, nam ceteras poterit quilibet ex dictis, & discordare difficulter eluere.

21. Verum, non est hic omittendum quid dicit Diana, part. 4. tract. 4 ref. 12. & quid ejus summa: (Inquit Diana timidè favens nostræ secundæ) Lettor, cogita, an excusare possit adjudicacionem, quæ fieri solent in hoc Regno ex pacto vulgo dicto? (A) Dicit dummodo sine fraude, & non ultra dimidium, non efficiantur; nam in tali casu illa bona venduntur, & ad vocem Praeconis, ergo si sine fraudibus, & coniunctib; requisitis emuntur intra dimidium iusti prius talis empio iusta, & tempor non tenetur resumere, neque fructus, et rationibus, & auctoribus diffundentur, afferentibus, merces ultronus non solum viles, ut per se, & de hoc non est dubium, verum etiam permissum. Ita Palatinus, Caetanus, Megala, Rebello, Salas, &c. sed bona, que venduntur sub hasta, ubi venduntur, hoc a labore pacti ad discursum, dicuntur merces ultronus, & docet Molina, Bordonus, & alijs, ergo licet pollo pro medietate, & ideo, ut dixi, tu sagita. Hoc Dicit.

22. Quibus summa Diana v. Premium n. 3, immo addit de suo in hunc modum: Sed obstat praegressus Iago Alphonsi, quam dicunt de pinguis valente, in qua præris diminuio in adjudicationibus taxatur. Hoc dicit.

Sed Regem Alphonsum locum de adjudicatione, pro quibus non adest pactum ad discursum, sparseri faciunt, & nos innuimus n. 17. Quisque, & debebat hujus summae. Auctor, hoc de suo ipsius quam addere.

Adjudicatio enormissime ledens, et fit lata;

23. Altero secundò: In priori casu, quoniam dicitur num. 1. si Dominus pensionis adjudicavit ibi post censuarii, illum enormous læsio, nimirum supermidium, ipsum non esse turum in conscientia, & amplius præmium illud possidere, fructusque percipere. Ratiocinatio quia pactum, in quo fundatur adjudicatio, quando finira est enormissima læsio, cum sit nimis oneratum cum venditorem, & nimis prodigum vendit enim, si summa rem infra dimidium iusti pretii, quod semper fuit in jure existimat intolerabile dampnum, pactum, non propter contra bonos mores, bonumque publicum, et discursionem depauperandi, atque adeo illicitum, & non vendendum, nec ementi conferens illum. Jus, cum si impo- stum. Rectè ergo in Textu C, cum canfan. Cum Dilecti, De Emptione, & Vendit, irritatur contradictrius Enygnis, & Venditionis ultra dimidium iusti pretii in rem, quæ yalet centum, etas quadragesima novem, vel certum, & quinquaginta uno, etiam absque dubio, & fraude fiat: Recte, inquam, sic enim bonum publicum requirit, ut dictum est.

24. Atque hinc bene fit, ut, si in ordine ratione subhastatione, que solet esse rerum mobilium, ratiō de proportione acciderit, ne illa quidem venditio efficitur. Verum, communiter non accidit, quia ex venditione remobilis, non tam facilè homo depauperatur. Pater, per divisionem enim rei mobilis solum amittere res, & paucissimi fructus fortè ex illa re, ut ex secunda regula provenienti; nam ideo præter hanc rationem, debet, alias, quas diximus l. 8. in Decal. 3. c. 7. §. 4. n. 13. sibi, enim ibi sicut locutio, quam appellamus, (allatricam) concessimus in subhastationibus mobilium pollicem, ut quod

quantis minoris sine fratre potest. At per distractionem boni fructi, de quo hic nos loquimur, non solum amittitur res, sed plurimi etiam fructus, id est, per consequentes annos perpetuos, adeoque causa ea est depauperandi. Et aliqua quidem adest, sed toleranda, sed parva, in modo propriet bonum publicum, positivè concessa a nostris legibus in adjudicatione, quando est lesio infra dimidium, At certe magna, & intolerabilis, nec concessa, quando supra.

25. Confirmatur nostra doctrina, quia per Beneficium, seu remedium, quod nos appellamus gratiosum, a Protege conceditur censuario, quandocumque ipse censuator voluerit, & si ad repetendam bona adjudicata, quando invenientur lesio enormissima, per quod Beneficium jubet Princeps recognoscere a Iudice adjudicationem illam, ut si conserne bona adjudicata excedere dimidium pretii, pro quo processit distractio, tunc soluto debito una cum legitimo interesse, restituuntur dicto eidem censuario bona illa, etiamque fructus, que fuerint adjudicata. Si ergo per judicem restituantur bona in lesione enormissima, signum est illam adjudicationem non fuisse approbatam a legibus, sed solidam, ut debitum solvereatur, fuisse permisum. At contra, cum illud Beneficium gratiosum non concedatur a Princepe, seu a legibus in lesione non enormissima (in qua lesione solum quadrimestre ad remendum conceditur censuario, intra quod ipse possit, soluto debito, pro quo processit distractio, recuperare bona adjudicata; nam ceterum, eo quadrimestre clapo a iudicarius legitimè, & perpetuo bona illa adjudicata deinceps possidet.) Cum, inquam, illud beneficium gratiosum non concedatur, satis manifestum siquum est, adjudicationem, procedentem ex lesione non enormissima, non permitte solum a legibus, sed etiam positivè concedi.

26. Hic ergo nota, quando adfuit dicta enormissima lesio, etiam censuario beneficium illud a Protege non petat, te in conscientia posse solum retinere tandem. Primum adjudicatum, quadam, per perceptos fructus, deductis expensis, tuo credito, ob quod processit adjudicatio, sit satisfactum; nam deinde, etiam ante sententiam, reddere obligaris ren Domini, ne scilicet alienum sine titulo possideas: il, quod, etiam in alio evenitu, quando lesio non fuit enormissima, peregrine non paucos, sed certe ex liberalitate scio, quod, ut laudabile confitum ab omnibus excipendum, meritò proponi potest.

27. Objicies: Non appetit disparitas, cui in lesione enormissima adjudicatio sit illicita, licita autem in lesione non enormissima.

Respondeo primò, aliquam disparitatem à me allatam fuisse modò n. 24.

Respondeo secundò, verbis iisdem, quibus uritur in simili praedictis Exco bar loco supra, citato num. 214. Sic enim habet: Per aliquos predicta doctrina, id est, quod in conscientia, etiam etiam emptio, vel venditio cum enormi lesione, locum etiam habet, quamvis premium sit infra, vel ultra dimidium iusti, hoc est, etiamfrēs emat minori iusto preio infra dimidium, vel vendatur majori, quamvis exceedat dimidium, dummodo deceptio predicta non interveniat ex dolo, modo supra explicato, &c. Noluerunt enim leges ipsi jure irritare ejusmodi contractum, quia ex substantiis nibil in eis deficit, nemper res, premium, & consensus; quare predicti eruntuti in conscientia in horum sententiā, domine per judiciale Decretum contractus rescindatur. Et quamvis id fundamento hoc, probabile esse aliquibus videot, nos tamen tale firmare, vel consilere non audemus: Tamen, quia plurimum est laxare habens in re periculosa: Tamen, quia aliquibus videbitur audacia, ita logui contra tantos Doctores contrarios. Denique aliqui non fuerint assūt probabiliter principalis nostra opiniois subscriber, & sic multo minus probabilitati hujus. Omittamus ergo, ut alii, novis fundamentis vīsi, hoc dicant, nam nos hoc non dicimus, sed omniū negamus.

Pars III.

28. Et pālō post num. 225, sic eandem sententiam habet: Declara nostram opinionem, quod accipi debet de lesione inf. a dimidium iusti pretiū: non si excedat: Tum, qui a iia volunt Doctores dictam nostram opinionem tuentes, a quibus recedere non audiuntur. Tum, quia in tam gravi lesione potius ignorantia lesi processimur, quam scientia, & sic deficit consensus presumptus saltem, & docent Covarr. & Menoch, cum aliis apud Hermofilam. Haec ille.

Et haec nos, allatae objectioni proportionaliter applicanda. Ex quibus non afferunt Patti Vincentio Tanctedo, tom. 1. quist. maz. tract. 2. quist. 53. qui adjudicationem, etiam cum lesione enormissima, approbat, excipiens solum, quando adjudicans cognoscit Dominum prae. si esse inceptum ad petendum remedium gratiosum, sed certe nunquam est approbanda, ut constat ex dictis.

Dubium incidentis de onerum Accollatione.

29. Quæremus, an onera, que rem afficiunt, sive sive onera proprietatis, sive census, sive alterius contractus realis, que verè debentur supra bona, que adjudicare quis sibi intendit, minuuntur valorem rei, an vero possint computari in pretio ejusdem rei, in ordine ad videndum, an in adjudicatione datum sit pretium cum lesione, vel sine lesione enormissima. Fac, verbi gratiā, predium à te adjudicandum valere aureos centum, tuum autem creditum, propter pensiones non solutas, sive aureorum decem: Si eidem predium sit adnexum onus solvendi alicui tertio aureos quinquaginta, onus hoc minuētne valorem dicti prædi, an computabitur in pretium? Nam, si in pretium computetur, non erit lesio enormissima, id est, non erit lesio ultra dimidium, quando tu adjudicabis ejusmodi predium pro tuo credito decem aureorum; erit vero enormissima, si dictum onus sit demendum de valore prædi.

Ostendit id manifestè; si enim illud onus quinquaginta aureorum ingrediatur, ut ita loquat, in pretium, certè totum pretium pro pradio, quod valet centum, erit aut corum sexaginta id est, decem ex pensionibus non solutis, & quinquaginta ex onere accollato, quo pacto Dominus prædi, pro suo prædio valente centum, habebit in adjudicatione sexaginta, que non est lesio enormissima. At vero, si onus hoc dematur de valore prædi, remanecet ejus valor aureorum quadragesima. Tu ergo, si pro decem aureis ex pensionibus non solutis tibi adjudicabis predium hoc, accipies rem valentem quadragesima aureis pro decem aureis, que est manifestè lesio enormissima, quia est ultra dimidium, atque adeo, ex vera nostra sententia nulla erit adjudicatio. Ecce quantum interest hæc præfens discussio.

30. De qua duas in enio Iurisperitorum nostri Regni sententias. Altera docet, ejusmodi onera accollata minuere rei valorem, atque hanc sequitur Iohannes Francisco Castillo, decisi. 127. num. 9. pro qua multis Doctores etiam citat Antonius de Amato in variar. resol. l. 2. ref. 6. 1. Et Castillo quidem addit. hanc esse conclusionem dubitatum, cum agitur de adjudicatione ex vi contractus cum pacto ad discussum, attèrque duo argumenta præcipua, quæ etiam afferit de Amato l. c. Primum sic formari potest.

31. Adjudicatio, ut est certi nostri juris, nulla est, si pretium, seu creditum, pro quo sit, non est verum, etiam si deficit in uno obolo: sed, quando onus accollatum, non est verum, (ut accidere certe potest ex ignorantia facti) Adjudicatio non est nulla ergo onus non est pretium.

32. Secundum, quia cum debitor vult sibi redimere rem alteri adjudicata (quod posse facere, dictum est supra) tenetur solvere premium, & tamen non tenetur solvere onera accollata, etiamsi ea adjudicatarius redemiserit à Censuario; ergo onera non sunt pretium.

33. Altera sententia tenet prædicta onera computari in pretio, quam sequitur Provinzal, in suo Consil. quod

A a 3 habetur

habitur inter Decis. M. s. fol. Decal. 7. Franciscus Baronius, mox citando, Vincentius Tanner, tr. 2. q. mor. 9. 53. Et hic quidem rationem affert, quia, inquit, adjudicato emittit prædium, prout est totum, & virtute solvit pretium valore totius prædii. Addit primò, onera esse partem pretii, et itaque quandam legem dicentem, quasi in parte pretii ea res sit. Addit secundò, si non computarentur in pretio ipsa onera, creditorem non posse causare executionem contra debitorem, unde sic defraudaretur suo credito.

34. In praxi item contrarias invenio in Regno Decisiones, nam quod onera accollata à creditore computentur in pretio, decimum fuisse in Regno testatur Baronius, de citat. l. 2. in Addit ad ques. 16. num. 21. Quod autem non computantur, apparet decimum apud Castill. loc. cit. & apud de Amato loc. cit. Ex quibus colligitur, utramque sententiam habuisse haec tenus, etiam in praxi, Patronos suos, sed spero fore, ut omnes in posterum ad primam sententiam profructus accedant.

35. Nam, si rem Theologice expendere velimus, invenimus, onera ejusmodi non posse in pretium computari, atque adeo primam sententiam veram esse, non quidem ex vi argumentorum Jurisperitorum, que fortasse quilibet, in utramque partem vertere, sed difficulter posset, sed ex ratione à priori, quam jam subdo. Etenim, ut supra, cap. 2. §. 3. num. 1. diximus, per pecuniam, qua censum annum emimus, nè sit usura, illud facimus, ut emamus Jus ad fructus alicuius boni fructiferi, seu, ut emamus partem ususfructus alicuius prædii. Illud igitur Jus, seu pars ususfructus, pars est prædii empta ab illo, qui censu fundavit, nec est illius, qui prædium nunc possidet. Quande ergo ab hoc possidente prædium, illud mihi adjudico, non possum mihi adjudicare Jus illud, seu partem illam ususfructus, quæ non est in dominio præsentis possessoris, sed alterius anterioris Censuistæ: quare debet hæc pars tolli à prædio, quod prædium ego per adjudicationem, & ad discursum mihi emi. Ergo non potest intelligi, quomodo onera illa accollata sint in pretium; sunt enim Jus fructuum, seu ususfructus alterius censuistæ, quod Jus ego mihi nunc non adjudicabo, nec emo, nec mihi attribuere possum, cum pertineat ad alium prædictum censuistam, & ipse habet hoc Jus, non possessor præsens.

36. Ex hac præterea ratione patet, nec meum Capitale hujus præsentis censu, ob cuius fructus non solutos procedit adjudicatio, me posse ponere in pretio, quod offero, nam eadem ratio jam dicta, si rem autem pences, id manifestè probat.

37. Denique ex dictis vides primò, rationem secundam sententias allatas num. 33. c. ille nullam; supponit enim adjudicatorem emere prædium, prout est totum, quod falsum esse, nostra ratio modo allata num. 35. evidenter ostendit. Idem dic de eo, quod addit primò, supponit enim id, quod est probandum. Et quidem lex, quam ibidem inducit, contra ipsam secundam sententiam est, non illud (quasi in pretium) ostendit onus accollatum, dum demin parrem, atque adeo vaforem à re facit, ut ejus rei pretium debeat esse minus, quam si illa onera non adfert. Postremò, quod addit secundò, id est, creditorem, non posse causare executionem, si onera non computentur in pretium, nimis est falsum; potest enim executionem cauare pro pensionib; non solutis, ut item pro expensi, pro quibus Jus duntaxat habet.

38. Post hæc scripta volui duos Jurisperitos certi ex primariis hujus Regni de hac difficultate consulere, qui dixerunt, esse distingendum; nam de censu perpetuo irredimibili proprietatis primam sententiam excipiendam esse, contendebant: De censu autem redimibili, qualis est is, de quo haec hæc locuti sumus, in forma Bullæ, esse excipiendam secundam. Volui hujus distinctionis rationem cognoscere, & nihil ad rem obtinui. Illa ergo posset esse fortasse, quia hi forte putabant, censu redimibilem esse debitum supra rem, non autem rem ipsam, seu partem rei, atque adeo esse pretium

cum contra census proprietatis putarent, esse res ipsa, seu partem rei, nam tota res constat ex proprieitate, ususfructu, atque adeo non esse pretium.

39. Verum, distinctionem hanc nullam esse, probabile, sive non, pars rei non emittit in adjudicacione, re detrahi omnino debet à valore ejusdem rei, quod dicitur.

40. Prædicta denique confirmetur ex Iudeo, de recentissimis nostris Regni Jurisperitorum Martinis Celsi T. 1. de Donat. Dic. 2. part. 6. n. 180. nostrum. sequentia sic induxit.

Læsio vero in hoc remedio non ita mesuratur, quod alibi putant, quando in Decreto ultra pretium ad eam solationes, computando videlicet illas in pretio: non tamen est, quod prius debeat de valore rei detrahere summa solata, que faciunt rem minus valere, ut ex Teste in Iudicio, partem, 79. de contrahend. Empt. deducunt Martini l. 1. Glosa 2. Tit. 11. lib. 5. fol. 379. & Gratian. dilectio. num. 43. & postea videre, si pretium sit minus summa solatis & valoris rei. Etenim, si excedat censum in solatione, non est huic remedio. Næque in Regno, quod fructus præsum est, ut alia laesio opus sit, quam illa, quæ dignissima ultra dividendum excedit, quicquid sit de lege censu, late tradita per Molinam de rit. Nupt. lib. 3. quod est tot. Vbi enim existat.

41. Exemplum sit: Si fuerit vendita res quæ fuit in unciarum quatuor centum, pro prelio unciarum respicta novem centa accollata, aliam unciem ducatur. Nam minimo pretio rei in illis ducuntur accollata, tunc adjudicata remanet valoris ducentorum unciarum, quæ rei distracta pro 99. resultata evidenter laesio tantum una unciaria medietatæ.

42. Que, quam distent à computo, quod ali faciunt, nemo est, qui non videat: Nam si in casu predicto unicentum accollata a jungenentur cum pretio importuno, non adfert laesio, quia res valens 400. est valens 399.

43. Hec posui, quia Castillas decisione 14. & Olb. decisione 33. & 247. Gimbi decisione 107. quod buernum rem pro indubitate, vel dister, omissemus, tunc banc præmixim, unde sepius super hoc videlicet hæc pars cruciari. Cum hac vero praxi vidi sepius dictum, ego obtinui anno 1626. pro Nepte contra Alessandrum Rizzari, referente D. Ioppulo: Adeo Castilli alio loco. 127. Haec enim Cutelli.

Sed nos vela contrahamus, atque de tota hac recta brevitatem confuetam nostram, prædicta dñs, sufficiat.

§. IX. De Fingente velle redimere Censum.

1. Sicut quis carens omnino animo redimendi, ut etiam velle redimere censum annuum, quem alicui, v.g. Pro quotidiani debet, idque ut comeatu inducit. Perdimunt aliquid de pensione, consentiens minimum, quæ census maneat cum obligatione minoris pensionis, & pensionis, v.g. quæ erat quin pro centum, si quæ vel tria pro centum, si quis ita, inquam, fingat, potest cum obligatione restitutionis? Id certe solet in multis Censibus Bullariis passim occurrere, nam praepositi calce hujus Capitis id omitendum non sunt.

2. Respondeo: Quamvis sic fingens, prima facie maliter non videaris injuste agere, quia velle habeat pro redimendi censem; tamen dico cum Dilego, &c. In Inst. num. 171. te sic fingentem injuste agere & offensum demandandum ad restitutionem, ex quoq. enim contineat illum per fraudem, fingendo, ut velle censem redimere, cum tamen nolis, & aliquid obtemperare pecuniae, non possis. Cum igitur dulus tuus in hoc casu det causam contractui diminutionis censu, obligaberis ad restitutionem, & ad recessionem contineat, idque non ex eo, quod non habeas Jus vel potest.

redimendi, sed eo, quod cum hoc liceat nolis (verè enim redimere non vides) ita dolosè agis, ut ejusmodi dolor det adæquataam causam contractus. Quod autem, quando dolor contrahentis dat causam contractui, invalidus sit contractus, est doctrina communis, & nos illam explicavimus 1. 8. *D. cal. tr. 3. §. 11. n. 15.*

3. Addit Ioannes Delugo 4. c. Thomas Sanchez, Less. Caffr. Dianam apud eundem Delugum, aliosque fortasse concessuros, ita fingentes non obligari ad restituendum, explicat: Queritur sollet, an metus de malo, quod Iure aliqui infligi potest, irritet contractum? V.g. An si tu sine animo exequendi committeris accusare, vel punire Perrum de delicto ab eo commisso, justè possis accipere proportionatam pecuniam, quam ipse tibi solvatur, ne illum accusas, vel punias? Et prædicti quidem Doctores respondent, justè posse, validèque esse solutionem, & iustam, quia facilius cedit Iuri suo, qui cùm possit, in cuius gratiam iubet onus privandi se illa potestate, quam antea habebat, quam doctrinam probabilem esse facetur n. 168. ipse Delugo, licet ipse cum Bonacina, & Molina illam non sequatur. Cum igitur Doctores prædicti id teneant in hoc casu de accusatione, ideo Delugo dixit, idem fortasse eos efficiat putatores de prædicta comminatione Redemptionis census.

4. Ego nihilominus constanter assero, eos non idem putatores. Ratio est, quia aperta appetit adesse spartas, nam qui singulis velles accusare, potest accusare, licet animi accusandis non habeat. Hanc igitur potentiam vendicandi hinc contractus non fundatur in dolo, sed subfalsa in hac potentia, quæ vendit: At, qui singulis velles redimere, cum redimere verè nolit, vel non possit, nihil vendit, & nihil promittit: ex alia verò parte, ejusmodi contractus diminutionis census innuitur totus, ut dictum est in dolo, ergo, &c. Quod si cùm posset, velles, jam non esset fictio, unde, nec iniquitas, &c.

CAPUT VII.

An à Montibus, qui vulgo nominantur Vacabiles, vel non Vacabiles, justè emanantur Census, vel Pensiones annuae?

1. Permittendum est primò, hujusmodi Montes sicut solle constituuntur, Principes, vel Domini, vel Civitates ex Gabellis, Fructibus, seu Iuribus suis solent singulis annis colligere certam quandam summan, seu redditus, quo omnes, vel certam partem, dicti Principes vel Civitates constitutae aliis vendere: quare dividunt summam in varias partes, nimis in decem, viginti, triginta, &c. ut sic hujusmodi redditus veleni faciliter multis possint. Tota ergo haec summa annuariorum reddituum reposita pro pensionibus solvendis iis, qui emunt, vel emerunt, dicitur Mons: ipsi autem annui redditus vocantur Montes, qui aliquando denominantur à re, supra quam pecunia accipiuntur, ut Mons Farina, Mons Carnium, Mons Vini: aliquando ab eorum Instituto, ut Roma adest Mons Pius, Mons Sextus, Mons Iulius: aliquando à causa, propter quam fuerunt instituti, ut Mons Pacis, Mons Finei, &c.

Nota, singulas portiones, & pensiones horum reddituum appellati loca Montium, & eos, qui illas emunt, vocari Emptores locorum Montium.

2. Permittendum secundò: Aliquis ex his dici Montes irreducibilis, quia empti sunt cum pacto, ut redimere non possint: aliquos reducibilis, quia Princeps, seu Dominus potest eos redimere, reddendo pecuniam capitalem iis, qui loca Montium emunt: rursus aliquos dici Montes non Vacabiles, cum non perent obitum ementis illos, sed transcant ad heredes: aliquos Vacabiles, seu temporales, quia obitum Empotoris vacant; neque enim ad heredes transcant, sed redeant ad Principem, seu Dominum.

3. Permittendum tertid, hos Montes, ut ex eorum explicatione cognovisti, nihil aliud esse, nisi speciem census, sive perpetui, sive vitalitatis, sive alterius conditioi is ex iis, quos supra initio hujus Tractatus explicavimus; si enim, inquam, nam fundantur in Gabellis, huiusque, & ceteris, ut modò dixi numero primo: cùm ceterum census in genere possint fundati super alia quæcumque bona fructifera, modo, quo, supra, cap. sexto, §. presentem 3. num. 2. explicatum est.

4. Quare, si ponas, aliquem Montem carere bono fructiferio, ille sane illicitus omnino erit; Nam pensio, quæ annuatim recipetur, efficit merum lucrum ex nuttuo, quæ ipsissima est usura, nisi aliunde ex danno emergente, vel lucro esstante, vel simili titulo justificaretur, ut justificari supra, tr. 1. de Marzo, & Vtura, c. 3. §. 9. diximus Montes Pietatis, & rectè notat in Montibus, de quibus hic loquitur, Delugo, d. 45. de Inst. num. 198. & num. 203.

5. His ad cognitionem Terminorum præpositis, affero, Montes esse licitos, sed, ut licet sint, requirent conditions quatuor. Prima est, ut redditus, seu loca supra qua fundantur pensiones, verè existant. Secunda, ut supra ejusmodi redditus neginq[ue] imponantur plures pensiones, quam ipse Mons contineat. Tertia, ut si Mons pereat, pereant etiam pensiones, & loca: Si vero Mons pereat ex parte, etiam ex parte percant pensiones, nam, ut supra vidimus, pertinet re, perit census, seu Ius in eo constitutum, p[ro]fessum ab aliquo justo pacto, ut ex supradictis fatis patet. Quarta, quæ certè est præcipua, quæcumque etiam colligitur ex supradictis. ut, quando Montes sunt vacabiles, dentur majores pensiones, seu loca, quam quando sunt non vacabiles, seu perpetui, & ita sane fert consuetudo, ut vacabiles emanantur ad rationem novem, decem, & alicubi duodecim pro centum, non vacabiles vero ad rationem quinque, vel quinque cum dimidio.

6. Iam vero his conditionibus vallatos hos Montes licitos esse, manifestè probatur, nam sunt, & ipsi, quidam census. Quemadmodum ergo in censibus emitur Ius percipiendi annualem pensionem, ex bonis fructiferis alterius, ita, qui ejusmodi loca emunt, Ius emunt percipiendi annuam pensionem ex bonis, & Iuribus fructiferis dictam Montium.

7. Adverte, eos, qui emerunt dicta Montium loca, posse alii ea vendere pluris, vel minoris, quam ipsi emerint: Emerunt, verbi gratia, aureis centum, sed vendere possunt centam, & quindecim, vel nonaginta: nempe, quia sequuntur naturam aliorum censuum, qui, modo, quo superius, cap. 3. §. 2. à num. 9. docuimus, justè pluris, vel minoris venduntur, quando concurrunt plures, vel pauciores Emptores, unde crescit, vel decrevit pretium, vel quando similes circumstantie pretium rei vendenda, vel augent, vel diminuunt. Atque haec in censibus fatis.

TRACTATUS III.

DE

CONTRACTU CAMPBIL.

CAPUT PRIMUM.

Quid sit Cambium?

1. **C**ambium, ut h[ic] accipitur, est Permutatio unius pecunia cum altera, sicut Cambio in universum nihil aliud est ex Tiraquelle de retractu, lib. 1. cap. 30. init. nisi Rerum cum re permute. Ex Aristotele autem pr. phys. cap. 6.

Aa 4 triplex